

ACTA
SYNODI DIÆCESANÆ

AB ILLVSTRISS.mo ET REVERENDISS.mo

DOMINO

D. BISANTIO FILI


PATRITIO ALTAMVRANO

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPO OPPIDENSI

CELEBRATA

Die vigesima Aprilis anni 1699,



Messanæ, Typis Cameral. Vincentij de Amico ~~1671~~. 1701.

Imp. Can. Siluestro V.G. Imp. Guascone pro Ill. de Giusino Pres.

EDICTVM INDICTIONIS SYNODI

BISANTIVS FILI

Sac. Theologiæ Profeſſor V. I. D. Patritius Altamuranus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Oppidenſis.



Rimam Synodum Diæceſanā celebrare, Deo adiuuante, cupientes, ut Sacrorum Canonū præcepta, & Sacri Concilij Trid. Decreta ſequamur, ne pereat ille fructus, quem ex eo omnes capere poſſunt; necnon ad augendū cultum Diuinum, prauoſq; mores corrigendos, & moderandos exceſſus; ideò monemus in Domino ſub pænis à Iure Canonico ſtatutis, vel alijs Nobis benè viſis, omnes, & ſingulos Canonicos, cæteroſq; de Clero noſtræ Cathedralis, Canonicos Collegiatarum noſtræ Diæceſis, alioſque Curam Animarum habentes, & Beneficiatos cuiuſcumque Ordinis, qui de Iure, vel Conſuetudine eidē Synodo intereſſe tenentur, vt die Lunæ, quæ erit vigeſima currentis menſis Aprilis, ſummo manè decenti habitu induti ad Synodum prædictam cōueni-

ueniant, quàm in nostra Cathedrali Ecclesia inchoabimus, & Dei annuente misericordia perficiemus, & ut ab ea non discedant, nisi illa expleta, & à Nobis facultate obtenta benignè hortamur. Igitur omnes Sacerdotes paterna charitate monemus, vt in Missæ Sacrificio in his Synodalibus diebus preces apud Deum effundant pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, concordia inter Principes Christianos, & nostro Ministerio Episcopali, præcipuè in hac Synodi tractatione, vt ea, quæ ad maiorem Dei gloriam, & Diœcesis reformationem magis conueniunt, statuere, & decernere valeamus. Volumus autem, vt hæc Synodi indictio affixa in Valvis nostræ Cathedralis, & Parochialium nostræ Diœcesis, proinde omnes, & singulos interesse debentes afficiat, ac si fuisset singulis personaliter notificata. Datum Oppidi in nostro Episcopali Palatio die duodecima mensis Aprilis 1699.

B. EPISCOPVS OPPIDENSIS.

Sir

SImile Edictum retroscripto fuit affixum in Valuis Cathedralis Ecclesiæ Oppidensis per Matthæum Rosito ordinarium Ministrum Curiæ Episcopalis sub prædicta die 12. mensis Aprilis 1699. prout cum iuramento retulit mihi infrascripto præsentis Synodi Notario, necnon Copiæ eiusdē Edicti affixę fuerunt in Valuis omnium Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Oppidensis Diœcesis per Hieronymum Zaffarana Ministrum quoque dictæ Curiæ sub die decimatertia eiusdem mensis, & anni prout etiam cum iuramento mihi retulit. In quorum &c. Oppidi die 13. mensis Aprilis 1699.



BISANTIVS FILI S. T. P. V. I. D.

Patritius Altamuranus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Oppidensis.

Admodum Reuerendis Dignitatibus, & Canonicis nostræ Cathedralis, necnon Parochis, ac totius Diæcesis Clero, salutem in Dño sempiternam.

CVm inter præcipua Episcoporum munia ad spirituale regimen, animarumque curam diuina ordinatione dispositum sit, vt inoffenso pede, & adamussim Ecclesiastica Iura seruentur, ne si Ecclesiarum Pastores Gregum suorum custodiæ minimè inuigilent, ab obligationibus suis declinantes adducantur cum operantibus iniquitatem, & neglecta legum obseruantia luant, vindice Deo, meritas pœnas. Ad quod muneris onus, filij dilectissimi, Nobis licèt viris imbecillioribus impositum, absque moratorijs inducijs animum intendimus, & vndique adimplendo ministerium, collabēti disciplinæ opem ferre, & Gregi forsitan ali-

aliquo morbo laboranti, salubriora remedia adhibere conamur, quatenus, Diuino Beneficio, abiecta reducere, alligare confracta, infirma consolidare, quærere, quæ perierant, & transgressa emendare, nõ desinamus, admonente Apostolo, quid igitur lex propter transgressionẽ posita est? Propterea huic saluberrimo operi illicò manus admouentes sacrã Synodum, quæ Pastoralis Officij pars est peculiaris, eiusq; Anima vocatur, sancire, & edicere curauimus, & Sac. Conc. Trid. obsequendo statutis pręsentes Constitutiones edidimus; vnde nobis propositum est abusuum senticeta ex Agro Domini euellere, & triticũ bonorum operum in eo conserere. Innotescũt enim Diui Augustini monita; videtis, inquit, quomodo sit plena Terra, hinc spinæ, hinc tribuli, hinc fęnum surgit; spinas incendite, tribulos eradicate, fęnum siccate, semina bona spargite. Sed quia foret incassum sermonem exponere, vbi subditorum aures audire effugiunt, & verbi semen effundere, vbi eorum corda, tanquã inutilis tellus, fructum negligant exequutionis afferre, frustra enim leges conduntur, nisi opere compleantur. Charitate
ideò

ideò Paterna Vos omnes hortamur, vt attentos Auditores, ſeduloſq; factores Vosmetipſos exhibeatis, & quidquid in hac Sancta Synodo ſtatutum eſt, ad vnguem ſeruetis. Si autem Synodalium Conſtitutionum hucuſque abolitio irrepſerit,& debita abſuerit exequutio, vegetiorem appræhendite obſeruantiam, ne ſi fortè hæc tam ſalutaria præcepta exequi renueritis, ſtrictiori iudicio Vos reddatis obnoxios, & pœnis propoſitis, opus erit, non parentes compeſcere, quod procul ſit à cogitatu noſtro, cum in Dei gratia exiſtere, & Charitate proſequi tantummodo exoptemus, vt has Synodales ſanctiones in hac militanti Eccleſia rectè cuſtodientes, in illa triumphanti ſimul æterna retributione fruamur.



IN

In Nomine Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

NOS D. BISANTIVS FILI S. T. P. V. I. D. Patritius Altamuranus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Oppidensis.

PRo Christiana pietate conseruanda, & morum reformatione in Ciuitate, & Diœcesi nostra Oppidensi, ac præcipuè diuino Cultui mancipatis, de RR. nostræ Cathedralis Ecclesiæ Capituli, ac totius Diœcesis Parochorum Consilio, quæ sequuntur in hac prima nostra Diœcesana Synodo decernimus, statuimus, & sancimus.

DECRETVM PRIMVM.
De Præiudicio non inferendo.

PRo remouendis contentionibus, quæ in Synodalibus actionibus de præcedentia oriri solent, si contigerit aliquem suo loco non incedere, vel secundùm eius Dignitatem, ac præeminentiam non sedere, vel nominari; Nemini Ius acquiri, aut præiudicium aliquod

inferri intelligatur, tam in possessorio, quàm in petitorio; sed omnia in eodem statu permanere, in quo ante hanc inchoatam Synodum reperiebantur, volumus, & decernimus.

B. EPISCOPVS OPPIDENSIS.

De Fide Otthodoxa, eiusque Professione
CAPVT PRIMVM.

Fides nostra Catholica omnium virtutum fundamentum est, sine qua placere Deo, (a) ac Regni Cęlestis possessionem adipisci non potest; ideó ab ea exordium facere duximus: cum veró illam non solúm interiús, sed etiam exteriús fateri debeamus. (b) Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; idcircó omnes Christi fideles semel in vita, & præcipuè in mortis articulo eam profiteantur expressè.

(a) *Apost. ad Heb 11.*

(b) *Apost. ad Rom. X.*

Fidē verò hanc exteriús fateri mandamus per omnes provisos ac Beneficiis, quibus cura Animarum subest, infra duos menses post possessionem adeptam, coram Nobis, vel nostro Generali Vicario, sec. for. Sac. Conc. Trid. (c) & Constitutionis Pij Papæ IV. incipientis IN-IVNCTVM; Ad Canonicatus veró, vel Dignitates, tam de nostra Cathedrali, quàm in Collegiatis nostræ Diœcesis assumpti, non tantùm coram Nobis, vel nostro Generali Vicario, sed præsente Capitulo Fidei professionem emittāt; aliàs fructus suos non faciant, & Possessio capta eis minimè suffragetur; Ad similem professionis Fidei emissionem teneri omninò volumus, & mandamus nostrum Generalem Vicarium, aliosque nostræ Curiæ Officiales ante susceptionem officij sub pœna priuationis; Itē ludi-Magistros, cæterosque omnes cuiuscumq;

(c) *Sess. 24. de refor. c. 12.*

 Sci-

Scientiæ, ſeu Artium liberalium Profeſſores, qui eas docendi munus ſuſceperint, tam publicè, quàm privatè præuia noſtra, vel noſtri Generalis Vicarij licentia in ſcriptis obtenta, aliàs licentia nulla ſit, & pœnam excommunicationis, aliaſque noſtro arbitrio incurrant.

Concionatores etiam Regulares, antequam concionari incipiant, Confeſſores tam Sæculares, quàm Regulares prima vice ad confeſſiones audiendas admiſſi, Aduocati, & Procuratores patrocinantes in cauſis Sanctæ Fidei, eãdem Fidei Profeſſionem facere volumus, & iubemus iuxta Conſtitutionem Pij Papæ IV. incipientis, *In Sacroſanctis*, aliàs ipſo Iure eorum officio, & munere careant.

Vt verè Fides noſtra Catholica purgatis erroribus integra, & illibata permaneant, & ne Populus Chriſtianus omni vento doctrinæ circumferatur: omnibus Vicarijs Foraneis, Archipresbyteris, Parochis, Beneficiatis, ac Teſtibus Synodalibus ſtrictè præcipiendo mãdamus, quatenus ſi hæreticos, vel hæreſis ſuſpectos, necnon Maleficos, Veneficos, Magos, aliosque huiuſmodi generis nouerint, ſtatim Nobis, vel noſtro Generali Vicario denunciẽt, ac etiam eos, qui per hæreticales ſermones, vel blaſphemias, ſe ſuſpectos reddũt, vel per annũ in excommunicatione inſorduerint; non denũciantes excommunicationem nobis reſeruatã incurrant, nec abſoluantur, niſi facta denunciatione, & præuia noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis licentia.

Ne-

Nemini cuiuſcumque gradus, aut conditionis, liceat legere libros prohibitos, vel domi retinere, ſed nobis infra menſem poſt præſentis Synodi publicationem afferãt: Lectores veró, & detemptores, pœnis, & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis afficiantur, nec abſoluantur, niſi libris exhibitis, & à Nobis venia obtenta. Scientes, & non denunciantes, ſint ipſo facto excommunicati. Qui facultatem habent legendi dictos libros prohibitos, eam Nobis præſentent iuxta Conſtitutionem fel. Record. Vrbani Papæ VIII. incipientis, *Sanctiſſimus*.

Mandamus denique Cãcellario noſtræ Curiæ, ut librum conficiat, in quo Nomina, & Cognomina omnium, qui Fidei profeſſionem emiſerint, deſcribat, cum eorum, & Teſtium ſubſcriptione.

Forma verò dictę Profeſſionis emittendæ iuxta Conſtitutionem Pij Papæ IV. erit V. G.

Ego N.N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Simbolo Fidei &c.

De Blaſphemis, & Blaſphemia
CAPVT. II.

DEteſtabile ſcelus blaſphemia; abſtineant igitur peccatores, & deſiſtant à ſceleribus tam ſcandaloſis, conſiderent quàm graue malum ſit receſſiſſe à Domino Deo ſuo, & quãtò maius, atque grauiùs in eum lapides, hoc

eſt

eſt blaſphemias iniecisse; hinc conqueritur
Iſaiæ cap.72. Deus dicens (a) & iugiter quotidie Nomen meum blaſphematur. Non obliuiſcantur ergo operum Dei, & benignitate ipſius non abutātur, memores quod percutiet eos tanquam inimicos in poſteriora, & anteibit illos ira, & indignatio.

Nos namque prout noſtri Paſtoralis officij ratio expoſtulat, tanto malo occurrere cupiētes, & iuxta nefarii ſceleris impietatem animaduertere volentes, ſtatuimus, vt ſi quis temerè audeat palàm in Deum, Beatam Virginem, cæteroſque Sanctos, blaſphemias, quæ hereſim ſapiunt, euomere, vel Sanctitatis laudem Dęmoni tribuere, vt contra eum tamquā de fide ſuſpectum procedatur. Si Clericus ſit (b) pro prima vice in carceribus ad noſtrum arbitrium detrudatur, pro ſecunda fructibus ſui Beneficij, ſi quod habet, per menſem priuetur, (c) ſin autem, ducatorum vigintiquinque pœna mulctetur; pro tertia verò omnibus Beneficijs, & ad alia obtinenda inhabilis ſit, & ab exercitio ſui Ordinis per annum ſit ipſo Iure ſuſpenſus.

(b) Conc. lat. ſub Leone Nono ſeſſ. 9.

(c) Bull. Pij V. incipien. Cum primū.

Si verò Laicus fuerit, iuxta Conſtitutionem Pij V. incipientem, *Cum primum*, & Sacrorum Canonum Decreta, publicè pœniteat. Parochi verò, cæterique in ſortem Domini vocati contra eos animaduertant (d) arguendo, increpando, ſiue publicè in Concionibus, ſiue priuatè in Confeſſionibus, & quandoque Abſolutionem ſuſpendant; ſi verò adhibitis monitionibus, e-

(d) Cathec. ad Paroch. circa 2. punctū Decal.

men-

mendationis signa non præbuerint, Nobis, vel nostro Generali Vicario deferant, vt ad alia remedia pro eorum Conuersione recurramus.

De Doctrina Christiana
CAPVT III.

CVmq; hominum natura prona sit ad malum, & pueri si ab ineunte ætate veræ doctrinæ pabulo non nutriantur, facillimè ad vitia labuntur, nec de communi hoste victoriam reportabunt, si in Ecclesiæ palestra bellandi artem non addiscant. Propterea id, quod enixè Sacri Canones, & Sacrum Concilium Tridentinum mandauere (a) exequi volentes, mandamus omnibus Archipresbyteris, Parochis, aliisque curam Animarum habentibus, quatenus singulis diebus Dominicis post prandium ad sonum Campanæ pueros congregent, eosque Doctrinam Christianam, cæteraque fidei rudimenta doceant, nec non ea, quæ ad Cultum Diuinum, Parentum obedientiam, & honorē, ad bonos mores, diuinorumque præceptorum obseruantiam, ad frequentanda Sacramenta, & quæ ad Christianam Religionem pertinent, sedulò instruant, & declarent.(b) Contrafacientes pœnis nostro arbitrio subiaceant.(c) Clerici quoque ad Doctrinam Christianam accedant, aliàs Parochi eis fidem non faciant pro suscipiendis Ordinibus.

(a) *Cap. Omnis ætas 12. q. 1. Trid. sess. 33. c. 12.*

(b) *Trid. sess. 24. de reform. c. 7.*

(c) *Fusc. de visit. l. b. 1. c. 4. n. 17. Ricc. decis. 12. n. 2.*

Ignorantes Fidei rudimenta, & necessaria ad salutem, ad contrahendum matrimonium, & ad

& ad Patrinos Nobis inconſultis non admittã-tur iuxta Conſtitutiones Prædeceſſorum noſtrorum: ſuper quo Parochorum conſcientiam oneramus. (a)

(a) *Poſſeuin. de off. Cur. c. 4.*

Nouerint omnes teneri memoriæ commendare Sanctiſſimum Crucis ſignum, Orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, Præcepta Decalogi, & Eccleſiæ. Si verò ſenes ſunt, & labilis memoriæ, ſaltem illa virtualiter credant, vt de eis interrogati appoſitè reſpondeant.

Confeſſarij etiam Regulares in Confeſſione ante omnia interrogent Pœnitentes de prædictis, & ſi illos omninò inſcios nouerint, ad Sacramenta non admittant.

Regulares (b) tempore, quo Parochi Doctrinam Chriſtianam docent, non cantent Officia, nec alias functiones in ſuis Eccleſiis faciant.

(b) *Nicol. in floſc. v. Doctr. Chriſt. n. 8.*

De Verbi Dei Prædicatione
CAPVT IV.

PRædicationis munus Apoſtolicum eſt, quomodo igitur exercendum conſiderent ſedulò Concionatores, & memores ſint Verborum Ezechielis Prophetæ: (c) & tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſdrael audiẽs ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me) vt ſciant non eorum propria, ſed Dei verba explanare, & Ieſu Chriſti Euangelium annunciare.

(c) *cap. 33.*

De-

Debent igitur Prædicatores non aerem inani loquacitate verberare, nec proprij nominis laudem quærere, sed Verborũ grauitate, fidelium animas ad virtutes inflammare, & à vitijs deducere; Ut autem sciant, quæ fugere, quæ amplecti debeant, infrascripta statuenda duximus.

Quilibet Concionator, siuè secularis, siuè regularis munus prædicandi in nostra Diœcesi aggredi non audeat priusquam examinatus, & approbatus licentiam à Nobis adeptus fuerit, (a) & fidei professionem emiserit, quàm facultatem à nobis obtentã Parochis exhibeat, aliàs ad prædicandum non admittatur.

(a) *Bul. Greg. XV. incip. inscrutabili, Trid. sess. V. cap. 2. Conc. later sub Leone X. sess. 9.*

Regulares in proprijs Ecclesijs concionari volentes, nobis priùs exhibeant licentiam suorum superiorum, nec non attestationem de vita, moribus, & idoneitate, nostramque benedictionem obtineant, si secùs fecerint, excommunicationis pęnã nobis reseruatã, ipso facto, incurrant (b) in Ecclesijs verò non suorum ordinum, obseruent adamussim contenta, in Bulla præcitata Gregor. XV. & Clem. X. incipiẽte Superna.

(b) *Cap. excommunicatus §. quià verò de hæret.*

Qui verò ad hoc Apostolicum munus à nobis fuerint assumpti studeant vt dictis facta respondeant, inanes argutias omittant, sed sacrã scripturam iuxtà sensum Sanctorum Patrum ab Ecclesia approbatum, sincerè explanent, seruata forma constitutionis Leonis X. (c) aliàs, & prædicandi munere priuentur, & pænas pro nostro arbitrio infligendas incurrant (d)

(c) *incipien. supremæ maiestatis.*

(d) *Cõc. colon. 2. part. 6. cap. 20. conc. mag. 4. cap. 50.*

C Hor-

Hortamur omnes Christi fideles vtriusq; sexus, vt tempore Aduentus, & Quadragesimæ singulis diebus concioni intersint. Ecclesiasticis verò strictè præcipiendo mandamus, vt saltem festis, Dominicisq; diebus intersint, sub pœnis nostro arbitrio, & quò ad Canonicos sub pœna priuationis distributionum illius diei (a)

Abstineant à nouis miraculis, & doctrinis Apocrifis: quæstiones obstrusas, & curiosas, & omnia incerta dubia falsa, vel quæ falsi suspicionem habent, non proponant (b) Noctu non prædicent, etiam in færia quinta Cænæ Domini, vel sexta in Parasceue, sed die, statuto à nobis tempore (c) pauperes non commendent, etiã concionatores Regulares in proprijs Ecclesijs, sine nostra licentia (d)

Mulieres dum concio habetur, sint ab hominibus separatæ tela intermedia,

Syndici, alijq; de Regimine nominent Prædicatores pro Aduentu; in festo omnium Sanctorum, pro Quadragesima, in die Epiphaniæ, quo tempore elapso, electio ad nos deuoluatur Eleemosinam verò semper soluant communitates (e)

(a) Nicol. in flosc. v. Canonici n. 33. Sac. C. C. 20. Maij 1580.

(b citat. constit. Leon. X.

(c) Sac. Cõgr. 20. Martij. 1619. Nicol. in flosc. v. Prædic. n. 17.

(d) Sac. Congreg. 10. Iulij 1619.

(e) Sac. Congreg. die 27. Iunij 1621.

De reliquijs, veneratione Sanctorum, & miraculis.

CAPVT QVINTVM.

CORpora Sanctorum, quos Deus Altissimis decorauit honoribus, & Cælestis effecit Beatitudinis possessores, specialibus debent in ter-

terris laudibus venerari. Nè igitur eis debitus auferatur cultus, nec superfluum quid tribuatur, quod rationi congruit sequentibus decretis statuimus.

Reliquiæ Sanctorum in decenti loco in vase decenter ornato, & serico panno inuoluto, sub clauibus obseratæ retineantur, non autem in Tabernaculo Eucharistico. (a)

(a) Conc. mediol. 4 Gauan. in manuali v. Reliquiæ n. 13.

Mandamus non haberi pro Reliquijs, quæ à nobis, vel prædecessoribus nostris præuia exhibitione attestationum admissæ non fuerint; Ideò adorandæ non exponantur etiam in Ecclesijs exemptis sine approbatione (b) quæ verò non sunt authenticæ, conseruentur in armarijs; Nouas verò introducere sine nostra expressa licentia nemo audeat.

(b) Trid. sess. 25 de Reliq. Sixt. V. Cost. 88.

Et quià Reliquias Sanctorum semper pre oculis habere, fidelium pietatem potiùs minuit quàm auget, volumus solemnibus tantùm diebus, & præsertim Sanctorum festiuitati dicatis, (c) debita luminum pompa Populo adorandas exponi præuia nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia. Cum processionaliter sunt deferendæ, habita à nobis venia, id fiat à Sacerdote pluuiali, superpelliceo, & stola induto cum decenti luminum pompa (d)

(c) Cap. fin. de Relig. & Vener. Sanct.

(d) Glos. in cap. non licet dist. 23 Genuen. n prax. cap. 71. n. 6.

✝ Interdicimus eas exponi in sepulchris feria quinta in Cena Domini, vel cũ Sacra Synaxis est exposita, & in festo solemnitatis corporis Christi (e)

(e) Sac. Rit. Cong. 21 febr. 1593.

Nemo cuiusuis conditionis existat, audeat partem aliquam licet minimam de dictis reliquijs

C 2

✝ Pro Sepulchris vide etiam pag: 22 et 65.

quijs à loco in quo asseruantur accipere, siue ad finem super se deferendi, vel domi retinēdi, aut in alia Ecclesia reponendi, qui hoc fecerit excommunicationē, nobis reseruata m, incurrat.

Reliquiæ si plures sint, distincta inscriptione notentur vt suus cuique tribuatur cultus, si aliqua insignis fuerit, ante locum in quo conseruatur, lampas semper ardeat. Quemadmodum Sanctorum imagines ad excitandum Diuinum cultum, mirificè valent, & ex Sacro, ac Venerabili aspectu deuotionem excitant; Ità si aliqua vanitate sint depictæ, pietatem extinguunt; Quare Vrbani VIII. constitutioni, & Sac. Conc. Trid. Decretis inhærens (a) Dictas imagines procaci vanitate depictas interdicimus. In dictis verò imaginibus, nec Patroni imago, nec quid profanum depingatur. Priusquam verò ad publicam venerationem in Ecclesiis etiam exemptis exponantur, à Nobis, vel aliis de ordine nostro solemni Ritu benedicantur.

(a) *Bulla Vrb. 8. incip. Sacrosanct. Trid. sess. 25. cap. de Reliquiis Sanctor.*

Et quia Populus miraculorum nouitate facillimè in periculosos labitur errores, & in fictam pietatem inducitur, mandamus nulla in posterum noua publicari miracula, nisi prius fuerint à nobis recognita, & approbata (b)

(b) *Trid. cit. sess. & tit. Piasec. in prax. part. 2. 2. cap. 3. art. 3. n. 8.*

De Sacrosanctis Ecclesiis, & Cultu Diuino. CAPVT SEXTVM.

Domum Dei decet Sanctitudo (c) vt cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cū debi-

(c) Cap. 2. de *imm. Eccles. in 6.*

debita veneratione pacificus, sit itaque ad Ecclesias humilis, atq; deuotus ingressus, sit in ea quieta conuersatio, Deo grata, inspicientibus placita, quæ considerantes instruat, pariterque reficiat.

Vt autem Ecclesia semper fulgeat tanquam Sponsa ornata viro suo mandamus, atq; statuimus, vt Parochi, Sacristæ, alijq; ad quos spectat, curent Ecclesiarum, & Altarium nitorem, & singulis saltem Sabathis eas verri, supellectilia verò linea singulis mensibus dealbari.

Nemo operto capite eam ingredi audeat, illamque ingressus postquam aqua benedicta se lustrauerit, statim flexis genibus augustissimũ Eucharistiæ Sacramentum adoret, & animaduertat, ne stando, vel sedendo eidem, vel Altari maiori terga vertat.

Strepitus, Clamores, Spatiosæ Deambulationes, Vana Colloquia, & omnes sæculares actiones, præsertim cum Diuina peraguntur Officia, penitus arceantur. (a) Nec permittendũ est onera portantes vti Ecclesia tanquam Via publica. Clerici igitur Ostiarij, vel Sacristæ, quorum munus est, sedulò incumbant hos peruios transitus impedire, qui si negligentes fuerint, pœnis nostro arbitrio, & contentis in dicta Bulla Beati Pij puniantur.

(a) *Trid. sess. 22. cap. de obser. in Celeb. miss. Pius V. in Cõst. incipien. Cũ primum.*

Si quis immemor, quod Ecclesia locus sanctus est, in quo preces effunduntur Deo pro delictis, & peccatis Populi, temerè ausus fuerit in ea, eiusque Atriis, alijsq; locis sacris homicidia

cidia perpetrare, aliquem mutilare, verberibus afficere, vel quouis modo grauiter offendere, rixas, vel tumultus excitare, præsertim exposito Sacramento excommunicationis latæ sententiæ Nobis reseruatæ pœnam incurrat. (a)

Augustissima Synaxis non exponatur etiam in Ecclesiis Regularium, nisi de nostra licentia in scriptis obtenta, si aliter factum fuerit, Ecclesia ipsa interdicta, & superior eiusdem suo officio priuatus, ipso facto intelligatur. (b)

Cum verò de nostra licentia exponi contingerit, in Altari decenter ornato, cum debita luminum pompa, non noctis tempore, sed post Solis ortum id fieri permittimus, & ante illius occasum reponi iubemus (c) Sacerdotes Sæculares sub pœna suspensionis, Regulares verò interdicti etiam Ecclesiarum hoc obseruare teneantur.

(a) *Conc. Sabin. c. 18. Conc. Mediol. primum part. 2. tit. de Eccl. Piaf. in prax. p. 2. c. 4. art. 8. in fin.*

(b) *Sac. Cõg. Jub 1. Nou. 1598. & 10. Febr. 1626. Nicol. in flosc. v. Euch.*

(c) *Synod. Neap de an. 1646. Decr. 2. de Cult. Eccl.*

Temporum deprauata cōditio eò peruenit, vt repræsentationes continentes illustria facinora Martyrum, aliorumque Sanctorum, aut indeuotè tractentur, aut potiùs Risum, quàm internum cordis affectum, erga illorum gesta, excitent. Ideò non solùm profanas, sed etiam sacras repræsentationes Nobis inconsultis in Ecclesiis etiam exemptis, prohibemus, præsertim in Hebdommada maiori, dum in Sepulchro Panis Angelicus custoditur. (d)*

Extra Ecclesiam nulla actio Scenica habeatur, nisi priús opus faciendum à Nobis, vel aliis per Nos deputatis, fuerit reuisum, & approatio

(d) *Cõc. Tol. 22. c. 19. Nicol. lucubr. tom. 2. lib. 3. tit. 1. n. 27. Gauant. in Enchyr. v. Repræsentatio pag. 302.*

* Pro Sepulchro D. N. J. C. vide pag. 65 et pag. 19.

probatum, ac nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia in scriptis obtenta,(a) si secus factum fuerit, Ecclesias interdicemus, & Rectores illarum excommunicationis gladio plectẽtur. Ecclesiastici cuiuscumque gradus, vel cõditionis existant, repræsentationibus tam sacris, quàm profanis se non immisceant absque nostra, vel nostri Generalis Vicarii licentia sub pœna ducatorum decem pijs vsibus applicandis.

(a) Sac. Cõg. in una Bracaren. apud Nicol. tom. 2. lucubrat. lib. 3. tit. 1. vers. Et nullibi.

Omnes Christi fideles dum Missam auscultant, & Euangelium recitatur, stent, quod etiam in Canticis Benedictus, & alijs obseruent; Ad Symbolum verò in verbis (& Homo factus est) genuflectant.

Nemo audeat, vel præsumat absque nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia in scriptis obtenta nouas Ecclesiás, Cappellas, vel Oratoria construere,(b) Erectas destruere, Dirutas reficere, vel in Ecclesiis iam erectis noua Altaria erigere absque congrua dote nostro arbitrio assignanda, & nisi de necessarijs pro ornatu Altarium prouideant. Ecclesiæ verò collabentes reparentur Patronorum sumptibus, si de Iure Patronatus fuerint, si Parochiales sumptibus Parochorum, vel quorum interest. Si refici nequeant in profanos usus non conuertantur. Cęmenta, cęteraque materialia in refectione aliarum Ecclesiarum applicẽtur præuia nostra licentia, & apponatur Crux ob loci reuerentiam.

(b) Vivian. de Iure Patr. l. 2. cap. 3. n. 24. cap. Nemo de Consecr. dist. 1.

Ecclesiæ omnes etiam Regulares post pulsa-

ſatam Salutationem Angelicam de ſerò,claudantur, nec aperiantur ante Auroram ſub pœnis noſtro arbitrio, & quò ad Regulares, ſub pœna priuationis Vocis actiuæ, & paſſiuæ,excluſis tamen diebus feſtiuis dictarum Eccleſiarum. (a)

(a) Sac. Cõg. 16. Iulij 1613 & 25. eiuſd. 1603. 4. Martij 1628. Nicol. in floſc. v. Eccl. n. 10.

Feneſtras, per quas è domibus priuatis ad Eccleſias patet aſpectus, vel ingreſſus omnino prohibemus (b) in dictis Eccleſiis nihil profanum reponatur, etiam cauſa conſeruationis; & dum Miſſa celebratur, nemini arma haſtata habere liceat, niſi Curiæ Miniſtris, vel Officialibus, ſub pœnis contentis in Decretis Conc. Lugdunenſis,& in Bulla B. Pij.

(b) Sac. Cõg. Epiſ. 5. Martij 1619. Nicol. in floſc. v. proſpectus n. 1.

De Heremitis

Et quia nonnulli iniquitatis filij,& peſſimorum genus hominum ſub Heremitarum nomine ſine lege vagantur, & incertas habent ſedes, ac ſæpè ſæpiùs multa in Eccleſiis patrant facinora, & criminoſam vitam agunt maximo cum ſcandalo; propterea tanto malo occurrere cupientes præcipimus, quod nullus in poſterum tam Laicus, quàm Eccleſiaſticus habitum hæremiticum aſſumere, vel deferre audeat, priuſquam à Nobis de Vita, Moribus, & Patria fuerit diligenter examinatus, & licentiam in ſcriptis obtinuerit morandi in certa Eccleſia noſtræ Diœceſis, dummodo non ſit vxoratus; ſub pœna carceris formalis per ſex menſes, & alijs Nobis benè viſis. Nullus verò Parochus, aut alius Eccleſiarum Procurator audeat dictos Hæremitas quouis prætextu in Eccleſiis recipere, vel per loca noſtræ Diæceſis

que-

questuare permittat absque nostra expressa licentia sub pæna ducatorum quinque.

Cùm autem experientia compertum sit Nonnúllos perditissimos homines sacri perfugij pretextu Ecclesias in Speluncam Latrónum Conuertisse, quæ reuera Dei Domus sunt; Necnon Illis tanquam delictorum Asilo abuti, & in Eis pessimè tutos scælera magis frequentare. Volentes huiusmodi dissolutis moribus debitis remedijs occurrere, præsentis nostri Decreti tenore mandamus Ecclesiarum Rectoribus, Omnibusq; Alijs, quibus dictarum Ecclesiarum, Aliorumq; locorum Immunium cura subest, nè vltrà spatium vigintiquatuor horarum in Parochialibus, in Alijs verò vltra tres dies ad eas confugientes, morari permittant, absq; nostra expressa licentia sub pęna ducatorum decẽ; Si verò moniti discedere renuant, ad Nos deferant sub pęna prædicta, prout etiam si in Ipsis Ecclesijs inquietè vixerint, vel aliquod crimen in Eis morantes commiserint, vt opportunè tanto malo occurrere possimus.

Propè Ecclesias Choreę, saltationes, Comędiæ, aliaq; ludrica spectacula, & ludi minimè fiant, sub pęna Excomunicationis. Nũdinæ, Tabernæ, Animalium stabula, & loca immunda ab Eis longè distent. Ecclesiarum pauimẽta pro Tumulãdis Defunctis, nõ effodiãtur absq; nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia, & soluta solita elęemosina ducatorũ decẽ nostræ Curiæ pro qualibet vice.

Iudices ſæculares non audeant in Eis Reos examinare, Proceſſus conficere, & occiſorum Cadauera iudicialitèr inſpicere tàm in Eccleſijs Sęcularibus, quàm Regularibus, vel Actus Iuriſdictionales quomodolibet exercere ſub pęna Excommunicationis latę Sententiæ; Si autem Interfectorum Corpora recognoſcere voluerint prò capiendo delicto in genere, hoc non faciant Nobis inconſultis, & dictis Cadaueribus extrà Eccleſiā extractis, ſer. fer. ſub pæna prædicta.

Nemini Cuiuſq; Dignitatis, & Conditionis exiſtat, ſub quouis pretextu præparentur in Eccleſijs ſedes ornatæ, poſtergale, ſtratum cùm Scabello, Baldachinum, & Puluinar abſq; noſtra venia (a) hoc permittentes, faciētes, vel conſentientes pęnis noſtro arbitrio etiam Excomunicationis punientur.

(a) *Sac. Cōgr. Epiſ. 2. Aug 1594. & 2. Ianuar. 1618.*

Adminiſtratores, Procuratores, vel Alij quocumq; nomine nuncupentur tam Laici, quàm Eccleſiaſtici expleto anno adminiſtrationis rationes reddant, (b) Nec confirmentur Nobis inconſultis, & rationibus redditis; Necnon ſtatim conſignent ſummam debitā, libros, & ſupellectilia ad formam Inuentarij confecti.

(b) *Concil. Trid. ſeſſ. 22 cap. 9 Barb. ſuper eod. cap & de poteſt. Epiſ. part. 3 alleg. 76 n 63*

Altaria non erigantur Nobis inconſultis, & omnia ſint conſtructa lapidibus, vel ſaltē ex lateribus, (c) aliàs ſint Ipſo Iure ſuſpenſa. Non erigantur in locis vbi Sacerdos celebrans terga vertat Ad Tabernaculū SS. Corporis Chriſti', habeant omnia neceſſaria ad ornatum, præcipuè Altariola cum Reliquijs,

(c) *S. Carol. idſtrut. fabr. in Actis Eccl. Mediol. Criſp. de Suc.*

& talis sint amplitudinis, vt super Eis possit collocari Calix, & hostia. Non extrahantur extrà Ecclesiam, nec de vno Altare ad alium absq; nostra licentia sub pęnis arbitrio. &c.

Visit part. 2. § 6. n. 3. & 5.

Puluinaria Altaris nemo cuiusq; Dignitatis audeat genibus supponere sub pæna Excommunicationis) d)

(d) Gauan. in Ea Chyr. v. supellex.

In Cathedrali nostra seruetur omninò Cæremoniale Episcoporum, & in Ecclesijs Nostræ Dięcesis seruentur Rubricæ Missalis Romani sub pæna suspensionis ab exercitio Ordinis. In Ecclesijs verò Regularium seruetur pariter Cæremoniale prædictum (e)

(e) Bulla Clem. VIII incipien Ex quo.

Ab immemorabili tempore, & vetustissima hominum memoria singulis annis in primis Vesperis festi SS. Virginis Annunciatæ huius Nostræ Cathedralis Patronæ ab omnibus Parochis Nostræ Dięcesis gradatim prestatur Nobis Obedientia; Mandamus itaq; omnibus, & singulis prædictis Parochis quatenus in dicto statuto Tempore sub pęna ducatorum decem à Prędecessoribus nostris inflicta, & in subsidium Excommunicationis, personaliter, vel per procuratores, legitimo tamē impedimēto existente per Nos approbando, ad dictam Obedientiam præstandam, accedant.

DE OBSERVATIONE FESTORVM
Caput Septimum.

FÆlicis recordationis Vrbanus Papa VIII ideó in sua constitutione incipien. Vniuersa:per Orbem dies festos modificare dignatus est, vt ijdem dies festi de præcepto distincti, omni quà decet veneratione, sanctificarentur, & Cuncti Christi fideles sacrũ audire, ac ab operibus seruilibus cessare debeant à media nocte præcedente, vsq; ad mediam noctem sequentem; Dictis igitur diebus festiuis, & Dominicis, omnes rationis cõpotes, legitimé non impediti, Missam audiant, & ab operibus seruilibus quibuscumq; se abstineant (a) Choreas ducere, fabulas, comedias, aliaq; ludrica spectacula facere non audeãt, sub pęna Excommunicationis. Istriones, & Mimi his diebus, & toto tẽpore Quadragesimæ ad Theatra non accedant (b) Strepitus forenses in qualibet Curia sileãt. (c) Contractus omnes iurati nullatenus fiãt nisi de nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia. Prædictis festis, Dominicisq; diebus Iudices laici non audeant, neque pręsumant aliquem pro causa ciuili carceribus mancipare, aut Executionem facere sub pęna Excommunicationis Nobis reseruatę ipso facto incurrenda, & Idem seruetur in ferijs à Natiuitate Domini vsq; ad Epiphaniã, & ad Dominica Palmarũ vsq; ad Dominicam in Albis inclusiuè.

(a 9 bulla Pij V. incipienda cum primuũ cap. qui die de Const. distin. p. & cap. 2. dist. 3.

(b 8 Conc. Afric. cap. 28. & Magunt. 4. cap. 10.

(c) Citata Bulla B Pij §7. eod. fin. de ferijs l. fin. eod. tit.

Co-

Comeſtibilia, & neceſſaria pro Infirmis vendantur abſq; pęnæ incurſu, ſine ſtrepitu tamen,&foribus Apothecarum ſemiapertis, in diebus feſtiuis expleta Miſſa ſolemni,(a) exceptis tamen feſtis primæ Claſſis in quibus Panem, & res quæ marceſci poſſunt, vēdi permittimus.

(a) Sac. Cōgr. Epiſ. de 2. Aprilis 1596. Nicol in ſtos v. feſtum.

Vt autem Nemini detur ignorantiæ occaſio hoc præceptum transgrediendi; mandamus omnibus Rectoribus, Parochis, Curatis, Vice Curatis,cęteriſq;ad quos ſpectat, (b) quatenus ſub pænis noſtro arbitrio &c. die Dominico inter Miſſarū ſolēnia, feſta de præcepto, & Ieiunia in ſequentē Hębdomadam incidentia Populo ad Diuina Congregato, denuncient,& ad eorum obſeruantiam admoneant.

(b) Pias in prax. par. 2. cap. 3. n. 13.

Verùm quia Nonnulli potiùs pęnæ grauitate, quàm Dei timore punguntur, Si quis contra huius præcepri formam inobediens depręhendatur, trium ducatorū pęnam perſcluat, vltra ſolitum pedaticum carolenorū quinque Miniſtrorum,qui executionem pro eadem pęna fecerunt.

Cum neceſſitas vrget, vel pietas ſuadet opera ſeruilia faciendi in diebus feſtiuis ea fiant præuia noſtra,aut Noſtri Generalis Vicarij licentia in Ciuitate; In Dięceſi verò de licentia Parochorum,mandantes dictis Parochis, ne fraudem aliquam circa hoc committere audeant.

Mandamus Noſtris Vicarijs Foraneis, cæteriſq;

terisq; nostræ Curiæ Ministris, quatenus sub pęna priuationis Officij, & alijs nostro arbitrio infligēdis, Contra Transgressores in fraganti repertos procedant ad Capturā Instrumentorum, quibus ad laborandum vtuntur; Necnon bonorum, quæ vendunt, vel pignora capiant, & Statim Nobis, vel Nostro Generali Vicario deferant, & ad applicationem pijs vsibus procedatur.

DIES FESTIVI DE PRÆCEPTO OBSERVANDI Caput VIII.

IANVARIVS.
1. Circumcisio Domini.
6. Epiphania Domini.

FEBRVARIVS.
2. Purificatio B. Mariæ Virginis.
24. vel 25. Matthias Apostolus.

MARTIVS.
19. Ioseph Sponsus B. M.V.
25. Annunciatio B.M. Virginis Patronæ.

APRILIS.
2. S. Franciscus de Paula ex Populi Consensu, & Decreto fel. Rec. qu. Illustrissimi Dñi Episcopi Plastena

MAIVS.
1. SS. Philippus, & Iacobus Apost.
3. Inuentio Sanctæ Crucis.

IVNIVS.
29 Natiuitas S. Ioannis Baptistæ.
29. S. Petrus, & Paulus Apostolus.

IV-

IVLIVS.

25. Iacobus Apost.
26. S. Anna Mater B. M. V.

AVGVSTVS.

4. S. Dominicus Regni Protector.
10. S. Laurentius.
15. Assumptio B. M. V.
25. S. Bartholomęus Apostolus.

SEPTEMBER.

8. Natiuitas B. M. Virginis.
19. S. Ianuarius Regni Patronus.
21. S. Matthęus Ap. & Euangelista.
29. Dedicatio S. Michaelis Archan.

OCTOBER.

16. Dedicat. Nostræ Cathedralis.
28. SS. Simon, & Iudas Apost.

NOVEMBER.

1. Festum Omniũ Sanctorum.
30. S. Andreas Apostolus.

DRCEMBER.

8. Conceptio B. M. V.
21. Thomas Apost.
25. Natiuitas D. N. I. C.
26. S. Stephan. Protomartyr.
27. S. Ioannes Apost. & Euang.
28. SS. Innocentes.
31. S. Syluester Papa

Necnon Festum Patroni cuiuslib. Terræ, vel Ruris in illo loco tantùm legitimè electi, & per Nos, vel Prædecessores Nostros confirmati.

DE IEIVNIORVM OBSERVANTIA.
Caput IX.

NOn immerito Ecclesia Christi Sponsa Ieiunium instituit, illud enim Animæ optima Custodia est, & Temperantiæ Opifex, Tentationesq; propulsat; Imo vt dicta Sancta Mater Ecclesia Canit, Vitia comprimit, mentem eleuat, Virtutem largitur, & præmia: Propterea ea lege seruandum est, vt dum Caro à Ciborum illecebris abstinet, mens hominum pariter à culpa ieiunet, Non enim in sola abstinentia cibi stat nostri summa Ieunij, aut fructuosè Esca subtrahitur, nisi mens ab Iniquitatibus reuocetur.

Omnes igitur Christi fideles Vtriusq; sexus Ecclesiasticis legibus subiecti, qui vigesimum primum Annum expleuerint; (a) ad Ieunium Ecclesiasticum in Quadragesima, Quatuor Anni Temporibus, Vigilijs Sanctorum, & Beatæ Virginis, ac Pentecostes, se teneri meminerint sub reatu peccati mortalis; In quibus diebus Carnes, & Cibos ab ea originem habentes, comedere nō audeant, prout in sextis ferijs, & Sabathis totius Anni, præterquam, si diebus prædictis Natiuitas Domini inciderit. Tempore Ieiuniorum Carnes, Cibiq; vetiti publicè non vendantur, sed priuatim ad Vitanda scandala. Qui tempore Ieiunij Cibis prohibitis vescuntur, Ipso facto Excommunicationis sententiam incurrant

(a) Sylu. v. Ieiun. n. 18. Dian in sū. eod. v. n. 14

rant tanquam de hæresi suspecti.

Qui aduersa valetudine, vel aliquo alio iusto impedimento detentus, Cibis Pascalibus vesci, necessitatem habuerit, Medici, cuius Conscientiam oneramus, licentiam obtineat, & cum proprij Parochi subscriptione Nobis, vel Nostro Vicario Generali cognoscendam exhibeat, à quo licentiam gratis obtineat, (b) Qui verò facultatem comedendi Oua, & lacticinia obtinuerint, sciant ad Ieiunium teneri, si alias ad illud tenerentur.

Nouerint Parochi Eorum munus esse, (c) inter Missarum solemnia diebus Dominicis Ieiuniorum dies in sequentem Hebdomadã occurrentium Populo denunciare, Illumq; monere, vt non solùm in Cibis Corporalibus moderatè se gerat, sed etiam ab *I*niquitatibus se abstineat, vt Ieiunium sit sibi Medela, & prò peccatis suffragium. Vt autem dies Ieiunij seruandi innotescant, sequentem Tabulam describi mandamus.

(b) *Conc. Tolet. 8. Fagn. in 2. p. 3. Decretal de obser leiun. cap. Consil. n. 7.*

(c) *Vgol. de off. Episcopal. cap 16. § 3 n. 3. Barb. de oe Par p. p cap. 16, n. 2,*

DIES IEIVNII DE PRÆCEPTO.

OMnes dies Quadragesimæ à feria quarta Cinerum vsq; ad Sabatum Sanctum inclusiuè (Dominicis exceptis.)

Quatuor Anni Tempora feria quarta, sexta, & Sabato.

Vigilia Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

Vigilia omnium Sanctorum.

E Vi-

Vigilia omnium Apostolorum, preterquàm Sanctorum Iacobi, & Philippi.
Vigilia Pentecostes.
Vigilia Sancti Ioannis Baptistæ.
Vigilia Sancti Laurentij Martirijs.
Vigilia Assumptionis B. M. Virginis.
At si Vigilia Sancti Ioannis Baptistæ inciderit in festiuitate Corporis Christi, transferatur in diem anteceden. & si alia Vigilia inciderit in Dominica, Sabato anteceden. Ieiunium celebretur.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

Caput X.

SAcrista Maior Nostræ Cathedralis Ecclesiæ, qui vnus ex Canonicis huius Reuerendi Capituli est, specialibus prærogatiuis per Prædecessores Nostros in sua Institutione fuit decoratus, tàm vt Curæ Sacristiæ præsit, quàm in percipiendi fructibus, & peruentibus prò stipendio sui Oneris assignatis, & à dicto Capitulo eis soluendis; Prædictas igitur prærogatiuas benignè confirmamus.

Nouerit tamen munus suum esse vt Ecclesia semper sit müda, & vt decet ornata, omniaq; Paraménta, Vestes, Vasa, cæteraq; supellectilia, tam nitida sunt, vt ad reuerentiã, & Deuotionem excitent omnes; Si quid verò immundum, scissum, aut non benè concinnatum inuenerit, Nobis singulis mensibus referat, vt sicut necessitas expostulat, statim prouidere valeamus.

Se-

Sedulo incumbat, vt Altaria sint decenter ornata, cũ duobus saltem Candelabris, Maius autem sex deauratis, vel ex Oricalco, cũ Carta Gloriæ, Cruce cum Imagine Christi Crucifixi, Euangelio S. Ioannis, & Tabella prò lotione manuum, duobus Puluinaribus, tribus Mappis lineis, quarum vna ex vtraq; parte, Terram attingat, & Tela colorata ad euitandam puluerem. Pallia sint colorata, prò varietate Temporis. Supellectilia linea purganda, & Altarium linteamina mutanda non differantur vltra mensem. Lauacrũ qualibet mane aqua purissima sit plenum ad abluendas manus Celebrantium, & bis in Hebdommada apponatur Mappa nitida pro tergendis manibus. Ecclesia diligenter verràtur, & aqua lustralis renouetur in fontibus ad octo dies.

Curet expellere à Sacristia Laycos, dummodo Missis non inseruiant, Pauimentum Illius sit ab omni Sorde purgatum, & in Turri Campanilis nè quid immũdum, vel inhonestum fiat, aliàs sciat Nobis rationem redditurum esse. Campanæ non pulsentur, nisi horis statutis, & cum Temporis opportunitas exegerit, itaut illarum pulsatione Tempus Matutini, Missæ Conuentualis, Vesperarum, aliarumq; Sacrarum functionum dignoscatur.

Et quia Parochi Nostræ Diæcesis à Nostra Cathedrali Olea Sacra quolibet Anno accipiunt, Illa portanda non consignent, nisi

Clericis in Sacris Constitutis; Nec audeat prò Illorum dispensatione aliquid etiam spontè datum recipere, sub pæna suspensionis Nobis reseruatæ quacunq; Consuetudine, etiam immemorabili, non obstante.

Sub eadem pęna suspensionis mandamus dicto Sacristæ quod singulis diebus referat Nobis, vel Nostro Vicario Generali Clericos, qui à seruitio Ecclesiæ defecerunt in illo Die, seruata forma Tabellæ in Sacristia affixæ, vt debitè prouidere valeamus.

In Sacristijs tàm Nostræ Cathedralis, quā aliarum Ecclesiarum Nostræ Dięcesis adsit liber in quo Sacerdotes Celebrantes Missas Cęlebratas ex obligatione quolibet die describant; Si per octo dies defecerint, Sacrista in dicta Cathedrali, & in alijs Ecclesijs Dięcesis Rectores Nobis referant sub pęnis Nostro arbitrio irrogandis.

Tandem studeat præfatus Sacrista omnia diligenter peragi, quæ ad Dei cultum, Sacristiæ directionem, & Ecclesiæ ornatum spectant.

DE ARCHIPRESBITERIS, PAROCHIS, alijsq; Curam Animarum habentibus *Caput XI.*

PArochis præcipuè, cęterisq; Curam Animarum habentibus fuit dictum Vos estis Sal Terræ, Vos estis lux Mundi, hi enim Oues Christi prætioso sanguine redemptas, & eo-

rum

rum Curæ commendatas in Caulam Domini Congregare tenentur, nè Spiritualiũ Bestiarum per offusas Noctium Tenebras paterentur incursus. Sciant igitur omnes ad Animarum dirigendarum gubernacula prælecti, quod ad hoc fuerunt Ecclesiæ Dei præpositi, vt non solum sibi ipsis benè viuant, sed alijs, de quorum Animabus rationem sunt reddituri, aliàs qui erunt homines per quos ab eis error auferatur, cum illos elegerit Deus, per quos errores auferat Cęterorum? Ab eorum enim Vita Plebs regulatur tanquam se ea, quæ à Curatis fiunt quilibet seipsum imitari debere, dijudicet.

Vt igitur tanquam veri Pastores, nō Mercennarij, Oues proprias agnoscere, & proprijs nominibus vocare valeant, quilibet ipsorũ habeat quatuor Libros distinctos, nitidos, & à parte exteriori pergamena Circumtectos, in quibus numerum Baptizatorum, Confirmatorum, Defunctorum, & Coniugatorum cum Nominibus, & Cognominibus distinctè describat, (a) singulis verò Annis antè Dominicam Palmarum, numerum Animarum, in sua Parochia existentiũ, Ostiatim ad præscriptum Ritualis noui Romani in scriptis enumeret. Conrrafacientes decem librarum Ceræ albæ elaboratæ pęna inrcmissibilitèr puniantur.

(a) Barb. de off. Parochi p. p. cap. 7. n. 2. Possen. de off. Curati lib. 2. cap. 3. n. 24.

Sedulò incumbant nè aliquis Infans Baptismatis Sacramento non munitus, vel adultus Infirmus absq; Sacramentis Penitentiæ,

Eucha-

Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis, vel ſine Animæ Commendatione decedat ſub eadem pęna decem librarum Ceræ albæ elaboratæ ſi eorum culpa hoc acciderit; proprerea ſepæ ſæpius Parochianos Egrotos viſitent, & cum nouerint illos morti proximos, Sacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis reficiant, ad deſideriũ Vitæ æternæ, & ſpem de Diuina miſericordia excitent, Sacraſq; preces in Animæ cõmendatione recitent, hortantes cor, vt patienter pro Chriſto Domino mortem ſubeãt, Ac fidei,ſpei,& Charitatis actus eliciãt. Animarum Curam per ſe ipſos exerceant, (b) ſi aliter per Nos non fuerit diſpoſitum. In diebus feſtiuis primæ Claſſis Stola, & ſuperpelliceo induti ad Confeſſiones audiendas ſint parati, ne Oues Chriſti eſuriant, & nõ ſit qui frangat eis panem.

Et vt Animas ſibi commiſſas in ſemitam mandatorum Dei permanenter dirigere poſſint,ſemel,ſaltem in Hebdommada Parochiã perluſtrent,& diligenter proſpiciant, an intra illius fines publici Peccatores exiſtant (a) 23. Concubinarij, Adulteri, Blaſphemi, Detractores V, enefici, Sortilegi, matrimonio diſiuncti, Vſurarij (b) Odia, Inimicitiæ, aliaq; ſimilia mala; An quis Maleficijs inſeruiat, quos omnes paterna obiurgatione Conpellant. Quod ſi monitionibus obdureſcent, Nobis, vel Noſtro Generali Vicario deferãt, vt opportunis remedijs dictis Criminibus occurramus.

(a) cap. Concubina 32 q. 2. cap. dicat 32. q. 4.
(b) cap. 2. § porro 3 q 7 leg Imbrcbũ C exquibus Caus.

In

In proprijs Ecclesijs detineant Olea Sacra, Cathecumenorum, Chrismatis, & Infirmorum, reposita in tribus Vasculis Æreis, vel Stamneis in loco ad hoc destinato conseruata, clauibus, vel Vecte ferreo clausa, in quibus Vasibus Nomina Oleorum sint distinctè descripta. Elapso Anno renouentur, Vetera illicò in lampadibus comburantur, & combusta proijciantur in Sacrarium.

At quia Verbi predicatio proprium Parochorum munus est, (c) propterea Animarum Pastores festis, Dominicisq; diebus inter Parochialis Missæ Solemnia aliquid ex eis, quę in Missa leguntur pro sua, & Audientium capacitate exponant, etiam lingua vernacula, & ea qua videbitur breuitate Vitia, à quibus abstinere, & Virtutes, quas sectari debēt, familiari sermone edoceant; Dies festos de præcepto, & Ieiunia occurrentia annuncient; Si veró negligentes fuerint pęnis Nostro Arbitrio puniantur. Pauperum, Pupillorum, Viduarum, Virginum, aliorumq; miserabilium Personarum præcipuam curam habeant, & quantum possunt illis subuenire studeant, ac Nobis denuncient, vt Eis succurrerere valeamus.

(c) *Trid. sess. 24. de ref. c. 4. & 8.*

Si quos nouerint post Octauam Paschatis non Confessos, & Sacra Synaxi refectos ad adimplendum Ecclesiæ præceptum, Nobis, vel Nostro Generali Vicario statim referant, vt eos pęnis a Sacris Canonibus impositis coercere valeamus, aliàs contra dictos Parochos

rochos

rochos procedemus. Decernentes insuper illos tantummodo præcepto Pascali satisfecisse, qui in propria Parochia, (a) vel in alia Ecclesia de proprij Parochi licentia communicauerint.

Sacerdotes alienę Dięcesis in suis Parochialibus Ecclesijs celebrare non permictant, (b) sine literis commendatitijs eorum ordinarij, & pręuia Nostra licentia Quæstores eleemosinarum non admictant absq; Nostra licentia in scriptis obtenta, (c) quam illis exhibeant priusqúam quęstuare incipiant, vt animaduertere possint an ea quæ in dicta licentia præscripta sunt, rectè obsęruent.

(a) cap. quacumque x. q. p. Pias. in prax. p. 2. c. 3. art. 3. n. 28 (b) Trid. sess. 23. de refer. cap. 16 Genuá in prax. cap. 48. n. 5. (c) Barb. de off. Parochi p. 2. cap. 16. n. 25.

DE RESIDENTIA
Caput XII.

SAcri Concilij Tridentini Decretis inhęrentes, (d) decernimus, & strictè precipiendo mandamus omnibus, & singulis curã Animarum habentibus, nè audeant à propria Parochia vlla de causa discedere pernoctaturi per duos, vel tres dies, sine Nostra licentia in Cathedrali, & in Dięcesi Vicarij foranei loci.

Vltra verò tempus prædictum abesse non possint, nisi obsenta prius à Nobis, vel Nostro Vicario Generali licentia in scriptis, relicto Idoneo substituto à Nobis approbato, & cum congrua stipendij assignatione. Licẽtia verò non concedatur, nisi ex vrgenti cau-

(d) Trid sess. 6. de reform. cap. 2. & sess. 7. de reform. cap. 3. sess 23 de reform. cad. p.

sa

ſa iuxta Sacri Concilij Tridentini Decreta; (a) Si verò contra fecerint, ſciant non ſolùm mortaliter peccare, & fructus ſuos nō facere pro rata Temporis, ſed etiam grauiſſimas pęnas Nobis bene viſas eſſe incurſuros.

Inſuper Curati omnes in proprijs Eccleſiarum Domibus habitent, quæ ſi deficiant, in propinquioribus Eccleſiæ infra fines Parochiæ, vt Gregis ſibi Commiſſi neceſſitatibus occurrere poſſint, & preſto ſint (b)

Canonici tam noſtræ Cathedralis, quàm Collegiatarum Eccleſiarum Noſtræ Diœceſis, aliiq; omnes, qui ad Reſidentiam tenētur perſonalem ab ea non diſcedant Nobis inconſultis ſub pęnis Noſtro arbitrio, & ab eodem Sac. Cōc. Trid. præſcriptis, non derogatis tamen pænis, ſi quæ ſunt ex ſtatuto, vel Conſuetudine dictę Noſtræ Cathedralis contra abſentes, & inſeruientes, quas noſter Vicarius Generalis ad vnguem exequi curabit.

Eccleſiaſtici omnes tam in Sacris, quàm in Maioribus conſtituti abeſſe minimè audeant à Diœceſi vltrà Hebdomadam abſq; Noſtra, vel Noſtri Generalis Vicarij licentia ſub pęna rotulorum duodecim Ceræ albæ elaboratæ pro qualibet vice incurrenda, nec per diē extra Regnum ſine licentia prædicta ſub pęnis Nobis benè viſis. Licentia verò ſine legitima cauſa, nec indignis concedatur.

(a) *Trid. ſeſſ. de Refor cap. p. Bart. de off. Parochi p. p. c. 8.*

(b) *Pias. in prax p. . cap. 3. a. t. 3. n. 7 . Garz de Benef p. 3. cap. 1. n. 179.*

DE SACRAMENTIS IN GENERE
Caput XIII.

AD instaurandam humanam Naturam depravatam nostri Protoplasti preuaricatione Christus Dominus septem Sacramenta instituit, ex quibus tanquam ex septẽ fontibus omnis spiritualis gratiæ Copia emanat.

Licèt Sacramentorum validitas non pendeat ex bono, vel malo Ministro, attamen quia Sancta Sanctè tractari decet, Ministris, quibus eorum Cura demandatur, sedulò inuigilandum est, vt ab omni peccati macula mundi sint, & si mortiferi peccati labe se fœdatos esse nouerint, non animo irreuerenti illa ministrent, sed priùs Confessionis lauacro, vel saltem Contritionis subsidio se purificent, & Stola, ac superpelliceo induti qua decet puritate, illa conficere curent; Et quia præter Animæ probitatem in Ministris, dum Sacramenta Conficiunt, requiritur etiam *Intentio*, Actualis scilicet, vel saltem Virtualis absoluta faciendi, quod facit Ecclesia, & Christus Dominus instituit; Ideò quò ad fieri potest Actualis intentio est procuranda, quæ in eo consistit, vt cum quis Sacramentũ conficit de eo conficiendo actu cogitet, & simul conficere intendat; Sed quia hoc non est semper in potestate Nostra, Ideò sufficit Virtualis, quæ est quando præcessit Actualis, &

de

de pręſenti non eſt propter aliquam mentis abſtractionem, tunc enim virtute illius conficitur Sacramentum.

Ad Sacramentorum validitatem tria requiri perſpicuum eſt nempe Materiam, formam, & Intentionem Miniſtri; ſtudeant igitur illi ſingulis Sacramentis diſtinctam, & propriam materiam adhibere, & curent non tantùm de eius ſubſtantia, ſed etiam de perfectione qualitatis, vt ea nitida ſit, & ex optimis, ac ſelectioribus, quæ haberi poſſunt, quibus debitam formam Verborum copulatiuè coniungant, in nihilo immutatam.

In ſolemni Adminiſtratione Sacramentorum ſeruentur Ritus, & Cæremoniæ ab Eccleſia præſcriptæ (a) quæ ſi abſq; neceſſitate omittantur, ſciant Miniſtri peccatũ mortale committere, (b) His enim externis Ritibus, & Cæremonijs deuotio fouetur, Intellectus eruditur conſeruare memoriam Miſteriorum, quibus abundant, & Diuinus Cultus augetur (c).

(a) *Rituale Rom. ſub Paulo V. editum.* (b) *Paul. V. Bull. 85 prę fixa Ritual. Pius V. in Cathec. Rõ. p. 2. Trid. ſeſſ. 7. Cã. 13.* (c) *Concil. Tolet. 4.*

Quamuis Munus Miniſtrandi Sacramenta in Eccleſia Dei à ſolis Presbyteris ſit obeundum, ratio tamen Paſtoralis Officij ſollicitè nos admonet, ne omnibus ſit æqua poteſtas illa Miniſtrandi, ſi nulla vrgeat neceſſitas: Ideò pręſenti Noſtra lege ſancimus, vt in poſterum nullus Sacerdos, etiã Regularis, quouis Priuilegij prætextu, audeat miniſtrare Sacramentum Baptismi, Matrimonij, Extremę Vnctionis, & Sacrę Euchariſtiæ pro pręcepto

Paſchali adimplendo, niſi Parochus, vel alius Sacerdos Sæcularis de eius licentia, dummodo periculum Mortis non vrgeat, vel pręcedente noſtra, aut Noſtri Generalis Vicarij licentia.

Et quia quæ gratis accepimus Sacramenta gratis adminiſtrare debemus (d) Quilibet Sacerdos caueat ne pro eorum Adminiſtratione Verbis expreſſis, nutibus, aut pactione quidquam prorſus, vel minimum petere, aut exigere pręſumat (a) etiam à Spontè dantibus (b) ſi ſecus fuerit, non ſolum pęnis à Sacris Canonibus contra Simoniacos præſcriptis, ſed alijs Corporalibus, & pecuniarijs à Nobis plectetur; Si veró adſit conſuetudo quod aliquid accipiatur, vel ſtipendij nomine, vel prò eleemoſina detur, dummodo fiat ſine pacto, & priùs Sacramentum liberè conferatur, id accipi poteſt ſine pęnæ incurſu (c)

(d) Matth. x. cap. quid p.9.p.

(a) Cap. non ſatis & cap. Conſulere de Simonia Pias. in prax. p. 2. cap. 3. art 3. n. 11.

(b) Sac. Con-gr. Conc. p. Februarij. 1593. Gauát. in manuali v. Sacram. n. 4.

(c) Cap. ad Apoſtol. de Simon. Pias loc. cit.

DE SACRAMENTO BAPTISMI
Caput XIV.

Inter alia Sacramenta primum locum tenet Baptiſmus, qui a Concilijs, & Patribus illorum Ianua vocatur, ſine quo ſaltem in Voto Nemo poteſt intrare in Regnũ Cœlorum, vt ait ipſe Chriſtus Sacramentorum Auctor (d) Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei, quod ſignificare volens Saluator noſter vbi à Ioanne in Iordane baptizatus fuit,

(d) Ioan. 3.

fuit, statim aperti sunt Cęli,(e) maxima igitur Sanctitate ministrari debet; Hinc Parochi, qui tanti Sacramenti Ministri sunt, priusquam ad illud ministrandum accedant, mẽte recolant quid acturi sint, ad Deum mentẽ eleuent, quem enixè precentur, vt eis assistere benignè dignetur.

(e) in Epiph. Domin.

Et si omnis aqua Naturalis in hoc Sacramento sit materia apta, cum Christus ipse ad regenerandas. Animas illam eleuando pro materia destinaret, non ideo omni aqua elementari, absq; necessitate, Adulti, vel Infantes baptizandi sunt, sed ea tantùm, quæ Sabato Sancto, & Pentecostes solemni Ecclesiæ ritu fuit benedicta, ea verò super Caput baptizandi contactu successiuo ita infundatur, vt non solum Capillos, sed etiam Cutem tangat, & Caro Ipsa ablui intelligatur. Ministri verò curent simul cum materia distinctè, & claré Verba formæ proferre, quam tãquam necessariam Sancta Mater Ecclesia semper retinuit; Ea veró est (Ego te Baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti) Riteque, ac rectè obseruẽt cęteras Cęremonias in Rituali Romano præscriptas sub pęna suspensionis. Quamuis omnis homo Vsu Rationis Compos, & Intentionem habens baptizandi, huius Sacramenti Minister tempore necessitatis (a) esse possit, tamen ne defectus aliquis in Eius administratione cõtingat, mandamus, vt soli Parochi, quibus pro Pastorali Officio facultas est demandata,

(a) Bonac. de Sacram. disp. 3. q. 2.

p.2.n.1 Layn. lib. 5. tract.2.cap. cap.7.n.2.

ta, solemniter baptizandi munus exerceant: Cum verò necessitas vrget, & Parochus haberi nequit, omnes siuè mares, siuè fæminæ possunt esse Ministri, seruetur tamen gradus, prærogatiua Ordinis, aut sexus, aut ætatis, itaut Sacerdos præferatur Clerico, Clericus Laico, & Vir Mulieri.

(b) Castrop. de Baptism. disp. vn. q. 9.n.2. Barb. de potest. Paroc.p.2.cap. 18.n. 11.

Parochus alienus Infantem alterius Parochiæ sine Parochi proprij licentia (b) baptizare solemniter non præsumat, & si hoc fecerit, vltrà mortalis peccati reatum, alias pœnas Nostro arbitrio reseruatas incurret; Si alijs, præter Curatos, facultas baptizandi cõcedatur, vt Sacramentum rectè conferatur, Parochus dummodo legitimè non sit impeditus assistat, & curet baptizatum in libro Parochiali describere.

(a) Clem. vnica de Bap. Rit. Hom. de Bapt. in Rubr. de temp. et loc. admin Bapt.

(b) Act. Eccl. Mediol. lib.3.tit.25 de Bapt.cap. 24. Gauan. in Man. v. Bapt. n. 2.

Et quia valdè à ratione alienum est hoc Sacramentum extra Ecclesiam ministrari nulla impellente necessitate, Nemini liceat in Domibus priuatis (a) Oratorijs, vel Cappellis baptizare sine Nostra, vel Nostri Generalis Vicarij licentia; Omnes igitur Infantes hoc sacro abluantur lauacro post solis ortum, (b) & ante illius Occasum in Parochialibus. Si quis verò extra Parochiam baptizare vsus fuerit, per Annum ab exercitio sui Ordinis sit suspensus.

Cum igitur vrget necessitas vt Aliquis Domi baptizetur, præuia nostra licentia, Parochus curet eum ad Ecclesiam deferri ad supplendas solemnes Cæremonias, & priùs di-

diligenter inquirat ab ijs, qui baptismum in tali periculo administrauerunt, de materia, forma, & Intentione, & si non constiterit ritè, ac rectè Infantem fuisse baptizatum, Iterum illum baptizet sub conditione, si non es baptizatus, Ego te Baptizo In Nomine Patris &c. Infantes expositi, hac pariter cõditione rebaptizentur, (c) nisi verè constiterit per Testes fide dignos, vel per schedulam fuisse baptizatos.

(c) Ricc.decis.327.n.9 Barb.de off Par. p. 2.c. 18.n.42.

Hac nostra lege sancimus, & strictè præcipiendo mandamus Parentibus, nè vltra triduum post filiorum Natiuitatem, baptismũ differant, quod pariter seruari volumus in Baptizatis priuatè necessitatis causa, vt ad Ecclesiam ducantur pro supplendis alijs Cęremonijs.

Parochi etiam diligenter inquirant, an Obstetrices in suis Parochijs degentes rectè earum Officium exerceant, & an omnia sciant, quæ ad huius Sacramenti validitatem requiruntur; Eas pariter instruant, nè faciles sint in Conferẽdo Baptismate, nisi cũ periculum vrget; Vt formam sciant, simulq; materiam adhibeant, Aqua Simplici, pura, & naturali tantum pro materia vtantur, Illamq; semper paratam habeant, & Intentionem faciendi, quod agit Sancta Mater Ecclesia. Obstetrices veró singulis annis Parochi Examini se subijciant. Si quæ verò Mulier non examinata, nec approbata, & impedita tale munus exercere præsumpserit, (a)

Ex-

(b) Conc. Mediol. 5. Gauan. in Man.v.Bap. tismus n. 3. 26.

Excomunicationis sententiam subeat, & eadem Excomunicatione sit innodata, si Infantem in vna Parochia natum, in Aliam transferat baptizandum, sine proprij Parochi venia.

Moneant pariter Curati Parentes baptizatorum, nè, sub Excomunicationis pęna, per primum Annum Natiuitatis, Infantes in eodem lecto cum Ipsis, vel eorum Nutricibus dormiant ob suffocationis periculum, & si casus acciderit, & suffocatio subsequatur, illam ipso fatto incurrisse decernimus.

Ad abolendam omnem Corruptelam, quę in Nominibus imponendis incidere potest, Curent Animarum Pastores, vt Nomina, quę Baptizandis imponuntur, non sint Turpia, ridicula (b) Gentilium, vel impiorum hominum, sed eorum, qui Sanctitate, & Virtutibus floruere, vt illis eorum Vita sit exemplum, quorum Nomina susceperunt. Idem Nomen diuersis filijs imponi minimè permittant, & ad dignoscendos singulos, (c) singula Nomina imponantur.

(b) Rit. Rom. tit. de Sacril. Cato. p. 2. c. 2. n. 75.

(c) leg. ad cognoscendum cod. de inge. & manum.

Patrini, & Commatres in hoc Sacramento plures non admittantur, sed vnus, vel saltem duo, quorum Alter sit Vir, altera Mulier iuxta Sac. Conc. Trid. Decretum (a) Hi verò ad Infantem è Sacro Fonte leuandum, non se intrudant, nisi à Parentibus fuerint requisiti, & in eorum defectum à Parocho (b).

(a) Trid. sess. 24. de Refor. matr. cap. 2.

(b) Posseà de off. Curati cap. 6. n. 12. Bsi-b. de off. Par p. 2. cap 18. n. 21.

Parochi moneant Patrinos de Cognatione Spirituali contracta inter ipsos, Baptizatum,

tum, Patrem, & Matrem illius, quæ primum Gradum non excedit, ac de eorum obligatione erudiendi Baptizatum in rudimentis fidei, & bonis Vitæ moribus, quoties Parentes in his docendis negligentes nouerint.

Aqua, qua manus Sacerdos lauit, in Sacrarium deijciatur; Sal veró benedictum seruetur, ad tollendas superstitiones. Galantichæ, vulgò Coppulæ lauandæ, non transmittantur sub pęna Excomunicationis, vt tollatur Opinio, quod ex hoc oriatur Spiritualis cognatio.

A Patrinorum munere reijciantur proprij Genitores seclusa necessitate, qua vrgente sciant Cognationem non contrahere, (c) pariter repellantur, qui decimumquartum Annum non attingerint (d) Regulares, (e) Excomunicati, Interdicti, Concubinarij, publicæ Meretrices, publiciq; Peccatores, fidei rudimenta nescientes, (f) qui Paschale præceptum non adimpleuerint, (g) & non confirmati (h) & Cęteri Omnes Infames.

Patrini, qui fuerunt in Baptismo tempore necessitatis, hi omninò adhibeantur in Catechismo. Ecclesiastici Omnes in Sacris Constituti Patrinorum munus non subeant, nisi de nostra, vel Nostri Vicari Generalis licentia sub penis nostro arbitrio (i) Diuus Carol. in sua Synod. Diœcesf. 2. decr. 17.

(c) Cap. Crimin. 30 q p
(d) Cōc. Prou Mediol. 5. Gauant. in man. v. Baptism. n. 18.
(e) Cap. non lic. de Conseru. dist. 4.
(f) Rit. Rom de Sacr. Bap Rubr. de Patrinis.
(g) Cōc. Prou Mediol. p. Gauen. in man. v. Bap n. 19.
(h) Cōc. Mediol. & Gauāt. vbi sup. n. 17.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONSI
Caput XV.

HVmanæ ſalutis Auctor Chriſtus Dominus, vt eximium ſuum Amorem erga filios demonſtraret, Sacro Baptiſmate nos regenerauit ad Vitã, & Oleo Sacræ Vnctionis roborauit ad pugnam, tanto enim Sacramento muniti, vt Chriſti Athletæ fidei perſecutores fortiter dimicando ſuperamus, & vt veritatis Alumni, Dia bolo, & tentationibus eius reſiſtimus, Et contra Carnis Imperium roboramur; Ideo Sanctè, & Religioſe á fidelibus eſt recipiendum.

(a) Diu. Th. 3. p. q. 72. art 8. ad quartũ (b) Cap. Preſbyteris de conſecr. diſt. 4.

Et licet, tantæ neceſſitatis non ſit (a) Vt cùm Baptiſmo comparari poſsit, tamen ex Dignitate Miniſtri, qui ſolus Epiſcopus eſt, (b) quodammodo eo Nobilius exiſtit.

Parochi partes erunt Populum illius Dignitatem docere, vt puro Corde, & Corporis modeſtia ad illud accedant; Et quia Sacramentum hoc iterari non poteſt, moneat Eos, qui ſemel illud ſuſceperint, né iterum accipiant. Cum igitur Nos illud Miniſtraturi ſumus, Curati denuncient tempus, quo omnia neceſſaria præparentur, & Parentes offerant Confirmandos ſuæ Curæ Subiectos, qui frontem habeant mundam, & Capillos aptè Cõpoſitos.

Qui Confirmandi ſunt, ſi ſunt Adulti, ſciant Orationem Dominicalem, Salutationem

Angelicam, Symbolum fidei, & præcepta Decalogi (c) Non sint aliqua Censura, vel publico Crimine notati, vel in Paschate non Communicati; Et si peccati mortalis macula se fœdatos nouerint Pœnitentię Sacramēto, (d) vel Contritionis actu, cum proposito Confitendi, Diuinam gratiam consequi nitantur,

Et quamuis ad suscipiendum Sacramentū nulla præscribatur ætas, cum omnis homo Sacro Baptismate renatus, Confirmari valeat; nolumus tamen Minores quinquennio admitti, vt saltem sint Vsu rationis Compotes, & fidem in Baptismo susceptam confiteri possint, & Alapæ in faciem incussæ (a) recordari valeant,

Plures Patrinos in hoc Sacramento non admittimus, nisi Vnum tantum Compatrē, vel Commatrem (b) nec Masculus fæminæ, aut fęmina Maris sint Susceptores, (c) sed Vnusquisq; sui Sexus Conditionem sequatur. Quilibet Vnum, aut saltem duos Confirmandos eodem die suscipiat, non plures.

Si Confirmetur Paruulus, Patrinus eius brachium dexterum teneat, & Episcopo offerat confirmandum, (d) Adultus verò ponat dexterum pedem suum super pedē dexterum Patrini. Feminæ confirmandæ separatæ à Viris accedant (e) Confirmati omnes ab Ecclesia non discedant, nisi benedictione Pontificis accepta.

Curati Omnes habeant librum in quo Nomina

(c) Pontif. Rom. Conc. Prou. Mediol. lib. 3. tit. 27. de Vnct. cap.
(d) Pias. in prax. p. p. cap. 2. art. 2. n. 5. Pias V. in Cath. p. 2. cap. 3. n. 18.
(a) Bon. de Sacrā. disp. 3. q. vn. p. 4. prop. 2. n. 9. Barb. de pot. Episc. p. 2. all. 5. 30. n. 26.
(b) Cap. nō plures de Cōsecr. dist. 4. & cap. vlt. de Cōgn Spir. in 6.
(c) Pontif. Rom. Clem. VIII.
(d) Gauan. in Man. v. Confirmat. n. 1. Conc. Prou. Mediol. 5.
(e) Pōt. Rom

 mina

mina Confirmatorum, Patrinorũ, & Episcopi Confirmantis accuratè describant cum die, Mense, Anno, & loco.

In hoc Sacramento non recipiantur Patrini illi, qui in Sacramento Baptismi non admittuntur.

DE SACRAMENTO PÆNITENTIÆ Caput XVI.

IN regeneratis Sacro Baptismatis lauacro, remanet naturalis quidam fomes, & propensio ad peccandum, itaut Christi fideles Diuinam legem transgredientes per flagitiosa facinora in pręceps ruant; Ideò Christus Dominus agnoscens Naturam humanã esse pronam ad malum, vt homo perditam gratiam recuperaret, Pęnitentiæ Sacramentum instituit, quod secunda Tabula post Naufragium à Patribus fuit appellatum.

Huius Sacramenti Partes tres sunt, nempè Contritio, Confessio, & Satisfactio, quarum duæ essentiales, 3. Integralis. Contritio autem est animi dolor, ac detestatio de peccatis Commissis cum proposito non peccandi de cętero, qui dolor ex supernaturali motiuo prouenire debet, quia Deum summum bonũ peccator offenderit. Attritio verò est animi dolor ob timorem gehẽnæ, vel quid simile; per satisfactionem impositam à Confessario soluitur debitum Diuinæ Iustitiæ de peccatis remissis, vt simul cum pęna æterna, & Cul-

Culpa à Deo dimissa, dimittatur pariter pęna Temporalis.

Ministri huius Sacramenti soli (a) Sacerdotes sũt, quibus in Institutione Christus dixit, Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur Eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt. Verùm hi tantum erigantur Confessores, qui partes Sapientis Iudicis, & eruditi Medici, nec non Magistri agere valeant, vt Dei honori, & Animarum Saluti consulant; Priùs verò examinentur diligenter, & approbentur per Nostros Examinatores Synodales, & postmodum à Nobis, vel Nostro Vicario Generali licentiã in scriptis obtineant; Qui verò contra hoc nostrum Decretum munus Confessarij assumere ausi fuerint, siuè Seculares, siuè Regulares Sacerdotes sint, Excomunicationem latæ sententiæ, aliasq; pęnas pro nostro libito incurrant.

(a) Conc. florẽt. sub Eug. 4. Trid. sess. 14. cap. 7. & Can. 10.

Sacerdotes, qui tàm Sacrosanctum Ministerium exercendi potestatem habuerint, si Seculares sint, siuè Regulares, eo habitu in Confessionibus audiendis vtantur, quo in Choro vtuntur, nisi aliud Necessitas expostulet, stola super addita, (a) Confessiones verò non alibi, nisi in Ecclesijs, & in Confessionalibus per Crates ferreas, vel ligneas audiant (b) Et cooperto Capite tanquam Iudices pro Tribunali sedentes, ac ità prudenter, & Charitatiuè se gerant, vt Pęnitentes ad omnia peccata patefacienda benignè alliciant,

(a) Sac. Congr. 8. Nouẽb. 1588. & 10 Ian. 1594.
(b) Sac. Cõgr. 21. Aug. 1575. Nicol in flos. v. Confessarius n. 26.

ciãt, deinde paterna obiurgatione corripiãt. Permittimus tamen, vt intra Septa Monasterij, & in Sacristia audiant Confessiones Sacerdotum, & Virorum, Confessiones verò Adolescentium, & Mulierum audiant per Cratem, nec ante solis Ortum, vel post Occasum (c) Nisi aliter necessitas suadeat.

(c) Sac. Congr. 21. Ian. 1620. Nicol in flos. 2. Confess. n. 22.

In Domibus Confessiones Infirmorum, si necessitas vrget, excipi liceat. (d) Si Mulieres sint infirmæ confiteantur aperto Cubiculi Ostio, vt ab alijs videri tàm Sacerdos, quã Penitens possint, & Confessione audita, Confessor Schedulam scriptam Infirmo relinquat pro Parochi, & Medici notitia, si secus fecerit, à facultate audiendi Confessiones ipso facto sit suspensus (e)

(d) Sac. Congr. 29. Mart. 1593.

(e) Sac. Congr. 18. Febr. 1016.

A Penitentibus pecunias, aut aliud pretio extimabile Confessionis prætextu, Confessores non exigant, aut extorqueant, neç de facili satisfactiones pecuniarias iniungant, & si aliquando illas imponendas pro salute Animarum esse iudicauerint, nõ ad propriũ, aut suarum Ecclesiarũm, vel Monasteriorum Commodum applicent, (a) sed ad libitum Penitentis distribuendas relinquant, sub pena suspensionis in futurum à facultate Confessionis audiendæ, ipso facto incurren. (b)

(a) Acta Eccl. Mediol. lib. 5. tit. 6. cap. 27. Gauant. in Manual. v. Confess. n. 41.

(b) Acta Eccl. Med. loc. cit. Gauant. ibid. n. 43. & 44.

Et ad tollendam omnem suspicionẽ Auaritiæ, si Missas pro satisfactione imponere duxerint, non ab Ipsis Confessarijs, sed ab alijs Sacerdotibus celebrari procurent, nec eleemosinas pro earũ celebratione erogãdas accipiant (c)

(c) Acta Eccl. Med. lib. 5. tit. 6. cap. 27. v. neque.

Re-

Restitutiones omnes fiant à Parochis certo Domino, & cùm magna Cautela, ne Pænitentium, vel aliorum Crimen aliqualiter detegatur, & infra spatium septem dierum, si commodè fieri potest, aliàs quam citiùs. Si verò aliqua restitutio pro male ablatis, incerto Domino sit facienda, ne fiat Nobis inconsultis, ad Nos enim talis dispensatio pertinet (d)

Nullus Confessarius tàm Secularis, quàm Regularis, cuiusuis Priuilegij prętextu, audeat, vel præsumat absoluere à Casibus Sedi Apostolicæ, & Nobis reseruatis, & Censuris contentis in Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium de mandato fel. Record. Clementis Papæ *VIII*. edito, & ab eodem declarato, & confirmato, necnon à Paulo V. innodato, nisi in Mortis articulo, & in Casibus à *I*ure permissis, Et ne per Ignorantiam ab huiusmodi casibus Confessor absoluat, mandamus Parochis, (a) alijsq; ad Confessiones audiendas deputatis, vt in Sedibus Confessionalibus habeant affixam Tabellam casuum in Bulla Cenæ, & Nobis reseruatorum, ac etiam pęnes se detineant, & studiosè perlegant, ac semel in Anno Vtrosq; casus Populo denuncient.

Absolutio denegetur omnibus improbæ, & incorrigibilis Vitæ, secluso mortis Articulo, quorum spes resipiscendi, non adest, vt sunt Concubinarij, Vsurarij, aliena bona detinentes, Detractores, & similes, nisi certum, & eui-

(d) Cap. cum sit de Iudæis Glos. in cap. 2. de pœnit. et remis. in 6.

(a) Bulla Vrb. 8. incip. Pastor. Barb de off. Paroch. p. 2 cap. 19. n. 61. Triden. sess. 14. cap. 7.

& euidens ſpecimen proximæ emendationis præſtiterinr.

Et quia vt Experientia docet, Turba Medicorum Ægrotum interficit, ideo in virtute Sanctæ Obedientiæ ſtrictè pręcipiendo mandamus, vt quando alicui Pænitenti ab vno Confeſſario rationabiliter fuerit denegata abſolutio, ſecundus diligēter Cauſam inquirat, quam ſi iuſtam eſſe nouerit, illum non abſoluat, ſed ad primum remittat, ne accidat vt vnus ædificet, & alter deſtruat.

Hoc magnum, & Salutare Sacramentum ea, qua decet reuerentia, eſt recipiendum; Pęnitentes igitur ad hoc Tribunal accedant dimiſſis oculis, Armis depoſitis, nudato capite, & genuflexi ad pedes Sacerdotis procumbant, eiuſq; *I*udicio humillimé ſe ſubmittāt. Confeſſores verò Neminem ſtantem, vel deambulantem, aut tecto Capite admittant, niſi aliter ſuadeat neceſſitas. *I*pſe autem Sacerdos dum abſoluit, & incipit Verſum: Miſereatur, nudet caput ſuum, & cum peruenerit ad Verba: Indulgentiam &c. eleuet manū dexteram erga Pænitentem, cum autem inceperit Verba: Dominus Noſter, Tunc Caput operiat (a) quia vt *I*udex pro Tribunali ſedens Chriſtum reprędentat, & Sic reliqua compleat. Meminerit tamen in abſoluendis Laycis Verbum (Suſpenſionis) omittere.

Medici moneant Infirmos de Confeſſione, qui ſi obedire renuerint vltra tertiā Vicem ad Illos viſendos non accedant, ſi ſecus fecerint

(a) *Acta Eccl. Mediol. ſub Sancto Carolo Corſett. in prax Carem. de pęnit. cap.* 5. §. 25.

rint pęnas in Constitutione Innocentij III. & B. Pij V. (b) incurrant, quas Nos confirmamus.

Sacramentalis Confessionis Sigillum Iure Diuino, Naturali, & Ecclesiastico est introductum (c) vt Sancta Mater Ecclesia ab Apostolorum tempore firmiter docuit, & continuata traditione infallibilis veritas emanauit. Propterea huius Sacramenti Ministri tàm de Iustitia, quàm ex Virtute Religionis tenetur ad illud obseruandum inuiolabiliter. Si quis igitur Confessor quouis quesito colore illud frangere temerè ausus fuerit, scripto, facto, dicto, vel signo, aut quolibet alio modo etiam in minima parte, cum non detur paruitas materiæ (d) si Regularis sit, ab hoc officio sit suspensus, si secularis, sit ipso facto Excomunicatus, Amboq;alijs pœnis de Iure inflictis multentur tanquam de hæresi suspecti (a)

Si aliquando super peccatis auditis aliquẽ consulere oportet, hoc fiat ità cautè, & accuratè, nè Pęnitẽs aliquo modo cõijci possit.

Immane scelus esset si Confessores, qui Patres spirituales sunt, & Animarum Medici, hoc Sacramento abutentes filias Spirituales ad turpia, & inhonesta sollicitarent: Quare si quis Confessarius, quod absit, Pęnitentem in actu Confessioins, vel in loco ad hoc destinato sollicitauerit, statim Sacræ Inquisitionis Tribunali denunciari, & subdi mandamus tanquam hæreticus, & de hoc Sacra-

(b) Innoc. In cap. cũ Infirmitas de pęnit. & remiss. Bull. Bull. Pij V. incip. supra Gregem.

(c) Caren. de off. S. Inquis p. 2. tit 17. § 23. n. 83. Fagn. 2. p. lib. 5. Decret. cap. officij n. 27. et 31. de Pœnit. & Remissione.

(d) Dian. p. 5 tract. 5. resol. 42.

(a) Laymã. lib 5. tract. 6. cap. 14. n. p Sac. Cõgreg. 26. Iunij 1582. et 5. Setlemb 1659.

(b) Gregor. xv in Bull. incip. Vniuersi Dominici Gregis.

mento malè sentiens (b)

Et tandem Nostro Pastorali muneri Incũbentes, effrenatam illorum hominum temeritatem coercere cupientes, qui ad atrociora facinora proni reperiuntur; nostrorum Prædecessorum Vestigijs inhęrentes, infrascripta peccata Nobis, & Nostro Generali Vicario tantùm reseruanda duximus, & post pręsentis Synodi publicationem quascumq; facultates tàm oretenus, quàm in scriptis concessas à dictis reseruatis absoluẽdi, reuocamus, & reuocatas esse mandamus.

CASVS RESERVATI CVM CENSVRA.

1 Blasphemantes Deum, Beatissimam Virginẽ Mariam, cęterosq; Sanctos, vel alias hereticales blasphemias proferẽtes in loco publico, vel Sanctitatis laudem Demoni tribuentes ex proposito, vel praua consuetudine.

2 Literas cęcas, vel Infamatorias scribentes, mandantes, consulentes, vel cooperantes, vel eas mentito nomine scribentes.

3 Veneficia, Maleficia, Magicas artes, Sortilegia, superstitiones, diuinationes, cũ expressa, vel tacita Demonum Inuocatione exercentes, necnon Sacramentis, Sacramentalibus, Rebus benedictis, aut Sacræ Scripturæ Verbis abutentes.

4 Ecclesiarum, piorum locorum, etiam Iure Census, vel quomodocumq; Debitores, bo-

bonorum quorumcumq; Ecclesiarum, vel piorum locorũ, etiam scripturarum Detentores, Vsurpatores, vel quouis pretextu Occupatores, vel ab Ecclesijs etiam non sacrum furantes, donec cum effectu restituerint, & in eisdem peccata Carnalia committentes.

5 Impedientes, quouis modo indebito, *In*firmos de rebus suis testari, vel Codicillari.

6 Falsum in *I*udicio deponentes, etiam ad Reorum defensionem, & falsam scripturam producentes in damnum Partis.

7 Homicidium Voluntarium quocumque modo patrantes, & abortum in propriam, vel Alterius Personam, etiam si fætus non sit animatus, procurantes, & ad ea auxiliũ, Consilium, vel fauorem dantes, secuto tamen effectu.

8 Infantes in eodem lecto absq; Repagulo, nisi post annum ab Ipsorum Natiuitate detinentes, si indè eorum suffocatio subsequetur.

9 Ministros Episcopalis Curiæ in exercitiũ sui Officij, vel in odium ipsius Curiæ, aut Ministrorum eius molestantes, maltractãtes, aut suadente Diabolo in eosdem manus violentas inijcientes.

10 Colloquentes cum Monialibus non solũ de Rebus turpibus, & inhonestis, sed etiam de Rebus profanis, aut ad Moniales amatorias literas mittẽtes, vel illas sciẽter deferentes.

 11 De-

11 Delinquentes in Ecclesijs, earumq; adiacentes gradibus, & pertinentijs in offensionem Proximi, vel inspretum Loci Sacri, & ad talia auxilium, Consilium, vel fauorem dantes.

CASVS RESERVATI ABSQ; CENSVRA.

1 INfandum peccatum sodomiticum inter Masculos, tàm actiuè, quàm passiuè, pessimam bestialitatem, vel coitum cũ Mulieribus paganis committentes.

2 Incestus in primo, & secundo Consanguinitatis, vel Affinitatis gradu ex Matrimonio proueniens; Ex actu verò fornicatorio, vel ex Cognatione Spirituali quoad primum tantùm, & Concubinatus publicus vltra tres menses.

3 Impedientes quomodolibet absq; legitima authoritate in præiudicium boni publici libertatem vendẽdi, emendi, permutandi, aut alio modo distrahendi, siuè acquirendi granum, Vinum, Oleum, Carnem, Sericum, aut alia.

4 Vsuras reales siuè apertè, siuè palliatè, seu Contractus vsurarios committentes, & eorum vsus.

5 Copula Carnalis inter Sponsos non dum Matrimonio legitimè coniunctos.

6 Incidentes Oleas, & sycomos, vel alias arbores fructiferas cũ dãno tertij, ascẽdentes summam carolenorum decem inuito Domino.

Bullam quoque, & Conſtitutionem Gregorij XV. Contra ſollicitantes Pęnitentes ad turpia, ſiuè ad Confeſſiones, ſiuè in loco ad audiendas Confeſſiones, Deputato, ſæpe perlegant.

Habeant Copiam Bullæ in Die Cęnę Domini legi ſolitæ, & notam reſeruatorum in Confeſſionarijs affixam, vt ſciant quæ peccata retinere, vel ſoluere poſſint.

DE AVGVSTISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.

Caput XVII.

SAluator noſter Vnigenitus Dei filius reuerſurus ad Patrem, vt in Menſa ſuæ Diuinæ largitatis beneficia Populo Chriſtiano exhiberet, auguſtiſſimum hoc Sacramentum inſtituit, & memoriam faciens ſuorum mirabilium, Corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum ſub ſpeciebus panis, & Vini ſumendum fidelibus reliquit, voluitq; ſumi tanquam Cibus Spiritualis Animarum, quó alantur, & conſeruētur Viuentes Vita Illius, qui dixit (a) qui manducat me, & Ipſe viuet propter me. *(a) Ioan. 6.*

Ad hanc igitur Sacratiſſimam Menſam nullis ſceleribus fędati, nullis inquinati maculis, nec pollutis labijs, ſed mundo Corde accedere ſtudeamus, qui enim manducauerit panem hunc, vel biberit Calicem Dñi indignè (b) Iudicium ſibi manducat, & bibit. *(b) Paul. ad Corint. cap. 9.*

In Ecclesijs, in quibus de Iure hic panis Angelicus obseruari conceditur, In Altari decenter ornato (a) & in Tabernaculo affabrè elaborato, intus oloserico albo, vel rubro circumtecto, substrato Corporali, & in duabus Pyxidibus argenteis Intrinsecùs deauratis, & sericeis Conopeis opertis reponatur, quarum Vna prò communicandis in Ecclesia fidelibus, & Infirmis deseruiat, Altera verò pro deposito (b) ex vetustissimo Ecclesiæ more.

Ciborij Ostium diligenter Claue seratur, Illa verò à Parocho conferuetur, & non ab Alijs, (c) nè quid mali, & nefarij sacrilegij moliri possint, vt aliquando accidisse magno animi nostri mœrore audiuimus.

Particulæ Sacræ renouentur singulis octo diebus ex Hostijs recenter Confectis (d) & præcipuè feria quinta in Cena Domini ad recolendam memoriam Institutionis tàm Magni Sacramenti. Coram Altare in quo Tabernaculum Eucharistiæ est Collocatum, lāpas vna Vitrea saltem incessanter ardeat (e) semper absterſa; Qui tenentur ad hoc onus, si secus fecerint vltra reatum peccati mortalis (f) pęnis Nostro Arbitrio punientur. In Ciborio in quo Sacra Synaxis est reposita, nec Olea Sacra, nec Sanctorum Reliquiæ cōferuentur.

Omnes fideles Vsu rationis participes tenentur de præcepto Ecclesiæ (g) tempore paschali, nempe à Dominica Palmarum vsq;

ad

(a) Piasec. in prax. p. 2 cap 3 art. 3 n. 27. Ricc. decis. 23. n. 5. p 4.

(b) Bara. de Off. Parcch. p. 1. cap. 20. n. 28. Gauan in Enchyr. n. Eucharist. n. 6.

(c) Cap. p. Custod. Euch. Gauan. loc. cit. n. 8.

(d) Pias. in Prax. p. 2. cap. 3. art. 3. n. 27. Nicol. in lucub. tom. 2. lib. 3 tit. 39. n. 13.

(e) Possess. de Off. Curat. cap. 12. n. 68 Paul. V in Ritual. de Euchar. §. 2. & 6.

(f) Quintana in Sing.

ad Dominicam in Albis inclusiuè(h)in propria Parochia de manu proprij Parochi, vel Alterius Sacerdotis ab eo deputati, communicari, vt Præcepto satisfaciant. Si propriæ Salutis immemores tempore præfixo hoc facere neglexerint, Parochi infra quindecim dies post octauam Paschæ illos ad Nos, vel nostrum Generalem Vicarium in scriptis referant, vt Excomunicati per Cedulones declarentur. (a)

Absentes à propria Parochia, in dicto tempore ex aliqua iusta, & rationabili causa, ad eam reuersi, exhibeant fidem proprio Parocho hoc præcepto satisfecisse in loco in quo tempore Paschali reperiebãtur, aliàs in propria Parochia statim satisfacere teneantur.

Publicæ Meretrices, notorij Concubinarij, Vsurarij manifesti, & alij similes ab hac Sacra Mensa arceantur, (b) nec admittantur nisi Nostra præcedenti licentia, quæ tunc cõcedetur, quando eos resipisse constiterit, & signa Emendationis præstiterint, itaut eos recidiuare non facilè timeatur, quod locum habere volumus non solùm in Paschate, sed etiam tempore Mortis, vel alio Anni tempore.

In Nostra Diœcesi si de Resipiscentia constiterit, Vicarij Foranei, vel Parochi hanc licentiam impartiantur.

Feria quinta in Cena Domini in qua Christus Apostolos hoc Angelico Cibo refecit, ad hanc recolendam memoriam Ecclesiastici Om-

Theol. mor. tract. 4. sing p. n. 2.

(g) Cap Omnis de Pœnit. & Remiss. Trid. sess. 13. de Euch. cae. 6

(h) Quaran in sum. Bull v. commun.

(a) Genuen in Prax cap 76. n. 11. Pias in pr. p. 2. cap. 3. art. 3. n. 28.

(a) Sanc. in Select. disp. 34. n. p. ser. de off. Paroch. disput 5. diff. vn. quær. 16. n. 2.

Omnes à Nobis, vel ab Alio Sacerdote celebrante Sacram Eucharistiam sumant, sub pęnis Nobis reseruatis; Parochi verò in proprijs Parochijs Missas celebrent, quod seruetur in cunctis locis Nostræ Dięcesis.

Inuigilent Animarùm Rectores non Omnibus, sed tantùm versatis Sacerdotibus celebrantibus facultatem concedere ministrãdi fidelibus hoc Sacramentum in Missis priuatis. Sacrista veró particulas consecrandas per Ecclesiasticos transmittat in aliqua Capula, si secus fecerit, Carolenorum decem pęna pro qualibet vice mulctetur pijs vsibus applicandis.

Vltimo supplicio damnatis ministretur Sacra Eucharistia per diem ante supplicium, nisi aliud necessitas expostulet. Amentibus, Phreneticis, & similibus in extremis laborãtibus, non est deneganda, si antè insaniã (a) piam, & Religiosam animi voluntatem demonstrasse compertum sit, & nullum Indignitatis, vel Vomitus periculum timeatur.

(a) Cõc. Carthag. de Off. Paroch. p. 2 cap. 2. n. 19

Pueris ætate imbecillibus huius Sacramẽti Cognitionem non habentibus, pariter denegetur; nec statim ac vsum Rationis habuerint, admittantur, nisi priùs examinentur, & diligenter instruantur de vì, & ratione dicti Sacramenti.

Peccatores non emendati si hoc Eucharistico pane refici petant expellãtur, siverò publicé, & sine scandalo prętereri nequeunt, & celebrãs eorum Crimina secretè nouerit, Eis

non

non deneget pro vt Christus Iudæ non denegauit.

Sepulchra feria quinta in Cœna Domini, haud fieri promittimus in Ecclesijs in quibus per totum Annum Sacra Synaxis non conseruátur quacumq; Consuetudine etiam immemorabili non obstante; In quibus verò sepulchra licitè fiũt, nihil profanum, aut indecens in eis adsit, vel superstitiosum; Ideó abusum obsignandi Arcam in qua repositũ est Sacramentum prorsus extirpari mandamus sub pœna Excomunicationis latæ sententiæ, & alijs Nobis benè visis.

pro sepulchro vide etiam pag: 22. et pag: 19

Archipresbyter, aut Parochus conseruet Clauem Arcæ in qua est repositum Sacramẽtum tempore Sepulchri, nec vllo modo consignetur Seruanda Laicis, etiam in Dignitate constitutis sub pęna Excomunicationis ipso facto incurrenda, tàm à Donantibus, quã à Recipientibus.

Circa publicam expositionem SS. Eucharistiæ seruari mandamus ea omnia, quæ in Capite de Sacrosanctis Ecclesijs statuimus. Non prohibemus tamen quod exponi possit in die Palmarum, si talis viget Consuetudo, nec in qualibet tertia Dominica in Ecclesijs maioribus tantùm dum Missa solemnis celebratur, vt processionaliter deferatur per ambitum Ecclesiæ.

In solemnitate Corporis Christi, & tota Octaua, dum salutaris hæc Hostia per hanc Ciuitatem, & Loca Nostræ Diœcesis adoran-

da circumfertur, Viæ per duos dies ante mũdentur à sordibus, ſtipẽtur floribus, Parietes Domorum Sacris Imaginibus, & Religioſo Apparatu ornentur. Riſus, Ludibria, Rixæ, Cæteraq; vana Colloquia extirpentur. Sacerdotes, & Clerici tam Seculares, quam Regulares decenti habitu ornati, modeſti præcedant bini proceſſionaliter ſuo loco pſalmos, hymnos, & Canticos pſallentes, & Regem Cœlorum collaudantes.

Quæ ſeruanda ſunt quando Sacrum Viaticum ad Infirmos defertur ſatis in Rituali Romano adnotantur, & ea Nos, exactè obſeruari mandamus.

At quia vt percepimus, nonnulli dum Sacrum Viaticum ad ægrotos defertur illud ſociare negligunt, & quaſi dedignantur id, quod Summi Pontifices, Inuictiſſimi Imperatores, Sereniſſimi Reges, & Magni Principes detecto Capite etiam tempore Pluuiæ humillimè, & deuotè fecerunt; Tanto malo Conſulere volentes paterna Charitate monemus, & Omnes in Domino hortamur, vt dato ſigno Campanæ ad Eccleſiam ſe Congregent, & tantum Sacramentum ea qua decet reuerentia, & timore concomitentur vſq; ad reditum.

Parochus vbi ad Eccleſiam redierit poſt Infirmorum Communionem, Pixyde ſuper Altare repoſta, recita Oratione de Sacramento Indulgentias tàm à Summis Pontificibus(a)quam quadraginta dierum per Nos

con-

concessas annunciet, & cum eadem Pixyde præsentibus benedictionem elargiatur.

Societas Corporis Christi erigatur in Omnibus Ecclesijs Nostræ Diœcesis quam citiùs, & Parochi curent eam aggregandam Archiconfraternitati de Vrbe, ad lucrandas Indulgentias.

(a) Cap. ch ex eodé Penit. & Rem. s. Pius V.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS Caput XVIII.

CLementissimus Redemptor Noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs contra Omnia hostium tela nequissima prouidere, sicut maxima auxilia in cæteris Sacramentis eis præparauit, quibus in Vita conseruari possint ab omni peccato Immunes; Ità Vitæ finem hoc Sacramento tanquam firmissimo Præsidio muniuit; Tunc enim temporis Diabolus Omnes suæ Versutiæ laqueos parat, vt nos perdat.

Cum igitur illud sit institutnm ad excitãdam in Nos (a) fiduciam Diuinæ Misericordiæ, ad delendas criminũ reliqnias, & alleuiandos Morbi labores vt ait Apostolus (b) Inuigilent Curati né ex incuria, aut segnitie illud Infirmis, & in extremo Vitæ periculo constitutis ministrare Relinquant, nec illud differant in Tempore, quando sensibus carent; sed dum vsu rationis sunt Compores (c) illud per se, vel per alium Idoneum Sacerdotem ministrent ad præscriptum Ritua-

(a) Trid. sess. 14. de inst. Sacr. Extr. Vnc. cap. 2.
(b) Iacob. 5.
(c) Pius V. in Cathoc. p. 2. de Vnct. cap. 6. n. 6.

 lis

lis Romani sub pęna librarum decem Ceræ albæ elaboratæ.

Hoc Sacramentum illis tantùm Infirmis Adultis morti proximis est ministrandum, quorum Infirmitas oritur ex morbo naturali, ex Vulnere, Peste, aut ex alia Causa intrinseca (d) Non autem illis qui licet in periculo Mortis sint, illud tamen non prouenit ex Infirmitate, vt sunt Prælium ineuntes, ad supplicium damnati, & similes; hoc enim Sacramentum est Infirmorum.

(d) Barb. de pot. Paroch. p. 2. cap. 22. n. 11. ser. de Off. Par. disp 6. diff. vn. quær. 4. n. 2.

Non est denegandum Ijs, qui aliquando fuerunt Sani, & Religiosè vixerunt, sed postea in Amentiam, vel Phrenesim inciderunt (e) præsumptio enim est illud saltem interpretatiuè desiderasse, non immemores salutis eternæ, nisi contrarium appareat. Si timetur quod furiosus, vel Amens posset aliquam irreuerentiam contrà Sacramentum facere, est ligandus, (f) exclusis Laycis, ad euitandum scandalum, præcipuè si aliud Sacramentum recipere non potest.

(e) Barb. de Off Paroch. cap. 22, n. 13 Dian. p. 2. tract. 14. resol. 78. & p. 5. tract. 3. resol. 84.

(f) Dian. & Barb. loc. cit

Non ministretur non Baptizatis (a) Baptismus enim Ianua, est Omnium Sacramentorum. Denegetur quoque Impęnitentibus, publicis Peccatoribus, perpetuo Amentibus (b)

(a) Suar tom 4. disp. 42. sect. p. n. 2.

Animarum Rectores priusquam Infirmis hoc Sacramentum ministrent, Illis excellentiam eiusdem declarent, moneantq; Eos ad recipiendum piè, & deuotè, & vt Animas suas Omnipotenti Deo commendent: Nec di-

(b) Barb. de Off Par. p. 2 cap. 22. n. 12 Dian. in sá. v. Ext. Vnct. subiect. n. 15

dictos Ægrotos in Extremis laborantes derelinquant, sed in tàm periculoso Certamine adiuuent, (c) & cum Charitate assistant vsq; ad exitum Animæ.

Infirmis, de quorum morte dubitatur, ministretur hoc Sacramentum sub Conditione; Si verò Ægrotus moriatur inter Vnctionem, statim Minister cessabit, & quæ supersunt, omittat.

Ceterum hoc Sacramentum semel ministrari posset in eadem Infirmitate etiam si longeua fuerit. Verum eadem cessante, si alia superuenerit, potest iterari (d) Soli Parochi, vel eorum Substituti hoc munus exerceant (e) nisi aliud Necessitas suadeat. Regulares curam Animarum non habentes, si aliquem vngere ausi fuerint, exceptis tamẽ Religiosis sui Ordinis, & actualiter de familia in Monasterio assignatis, excomunicationem Sedi Apostolicæ reseruatã, (f) Ipso facto incurrant.

(c) Barb. de Off. Par. p. p cap. 7. n. 27. & 28.

(d) Trid. sess 14. de Extr Vnct. cap. 3.

(e) Barb. de Off. Par p. 2. cap. 22. n. 2.

(f) Clem. p de Priuileg. Barb. loc. cit. n. 3.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Caput XIX.

Licet Pastorum munus sit onus, Angelicis humeris formidandum, tamen præcipua eorum, sollicitudo posita est in Collatione Ordinum, non enim vt ait Apostolus (a) cuilibet statim manus est imponenda, sed tales ad Ministerium eligi debent Clerici, qui digne

(a) Pr. ad Thim. 5. & cap. quid est dist. 78.

(b) cap. Tales. dist. 23.

gne possint Sacramenta tractare (b) Præmissa igitur non solum, sed etiam eaque per Sacrum Conc. Trid. (c) fuerunt statuta seruare Cupientes infrascripta decernere duximus.

(c) Trid. sess. 13. cap. 1. 2. 3. & 4.

Prima Tonsura initiandi. Si decimum quartum ætatis annum excesserint, talem habeant scientiam, quæ ad maiores Ordines suscipiendos ipsis aditum prebeat; Insuper iurent coram Nostro Generali Vicario id nō facere ed effuggiendum forum secularem, vel fraudandas Collectas, sed ea insigniri velle, vt Deo deseruiant, (d) & Ecclesiastico Ministerio mancipentur. Habeant etiam bonum Testimonium à Iudice Laico non esse Inquisitos, & ab Vniuersitate (e) sibi non esse Debitores, aut occasione alicuius officij publici, Ratiocinijs obnoxios. Si verò minorem ætatem habuerint, sciant legere, & scribere, & fidei rudimenta (f) morigerati, bonęq; Indolis, & Vitæ sint.

(d) Trid. sess. 23. de Refor. cap. 4. litt. Enclyt. fæl. Recor. Innoc. 11. 5. Febr. 1678.

(e) Barb. de pot. Epi p. 2. alleg. 10. n. 47. Ron. de Censur. disp. 7. quest. 2. p. 5. n. 2.

Omnes promouendi ad quoscumq; Ordines Populo proponantur à Parochis inter Missarum solemnia tribus diebus festiuis, vt si audientes aliquid habeant contra eos, Nobis deferant. Ordinandi verò per decem dies ante Ordinationem, Coram Nobis se presentent cum fide Parochi de exercitio suorum Ordinum, assiduo Ecclesiæ seruitio, frequentia Sacramentorum, ætate, & legitimis Natalibus, necnō cum fide Ludi Magistri, quod literis operam nauant, qui verò predictis carent,

(f) Trid. sess. 23. de refor. cap. 4.

rent, sciant ad Ordines non esse promouendos.

Vt antem præmissa rectè fieri possint volumus quod per mensem ante Ordinationem generalem affigatur Ædictum in Nostra Cathedrali, in quo Omnia explicentur, quæ ad singulos Ordines suscipiendos sunt necessaria.

Nullus in posterum ad primam Clericalē tonsuram promoueatur sine titulo (a) sufficientis Beneficij, Pentionis, vel Patrimonij cuius redditus sufficiant ad honestam Vitæ sustentationem, & saltem ascendant ad summam ducarorum triginta. Patrimonium verò ipsum in Nostra Episcopali Curia per publica documenta, & per duos Appretiatores pro prima Tonsura, & Subdiaconatu tantũ debet esse probatum, Prò cæteris verò Ordinibus, sufficiat fides Vicarij Foranei, vel Parochi Loci illud non esse alienatum in toto, vel in parte, nec alicui Oneri submissum.

(a) Trid sess 21. de refor. cap. 2.

Et ad tollendam Omnis fictionis, vel falsitatis suspicionem, quæ super titulo Patrimonij accidere possit, volumus, & mandamus quod pro habenda Veritate in Valuis Nostræ Cathedralis, vel Parochiæ in qua Ordinandus degit, affigatur Ædictum, in quo describantur Bona pro Patrimonio essignata cum Nominibus, & Cognominibus Donantium, & insuper publicentur per Parocho inter Missarum solemnia.

Bona verò Patrimonialia, Beneficia, Pen-

tio-

tiones ad quorum titulum quis fuit Ordinatus, non resignentur, alienentur, obligentur, aut quouis modo distrahantur absq; Nostra licentia nostreq; Curię Decreto; Tunc solummodo concedentes, cum constiterit Ordinatum acquisiuisse maiora bona, cum quibus honestè viuere possit, si secus fiet, Alienationes, Resignationes, & Obligationes sint ipso Iure nullæ, Alienantes verò Resignantes, vel Obligantes ducatorum Vigintiquinque pœnam incurrant. Si Patrimonium in Censibus fuerit constitutum, Illiq; extingui Contigerit, Capitalia deponantur in Nostra Curia ad finem reinuestiendi.

Sacris Ordinibus initiandi per decem dies ante Exercitijs Spiritualibus vacent, & Nobis postea fidem exhibeant.

Alienæ Dięcesis Ordinandi non admittantur sine literis Demissorialibus proprij Ordinarij, quæ duorum mensium spatium nō excedant, (a) Nisi ob Loci distantiam, Diuturnam proprij Episcopi absentiam, vel aliud impedimentum Nobis bene visum illas vetustiores admicti videbitur. Qui verò absq; literis predictis se promoueri fecerint, suspēsionem à Susceptorum Ordinum exercitio incurrant Ipso Iure (b) Literæ Dimissoriales, vel Commendatitiæ Nostris Subditis concessæ ad duos tantum menses valeant (c) quibus elapsis Circumscribantur, & earum vigore Ordinati, ipso facto sint suspensi.

Nostræ Iurisdittioni subiecti, qui ab alie-

(a) *Acta Eccl. Mediol. lib.p.tit.10. de Temp.Ordin.cap.9.*

(b) *Bulla Pij I L. incip.cū ex Sacrorū Trid.sess.23 de Reform. cap.8.*

(c) *Acta Eccl. Mediol. lib.p tit.10. de Tēp.Ord. cap 8. in fin.*

nis Episcopis, cum nostris Dimissorijs fuerũt ad Ordines promoti, infra decem dies curent registrari in nostra Cancellaria sub pœna ducatorum decem pijs vsibus &c. quam pęnam incurrat Cancellarius, si huiusmodi, vel à Nobis Ordinatos statim registrare neglexerit.

Qui ad Ordines quoscumq; promoueri cupiunt, etiam ad primam Clericalem Tonsuram, litteras commendatitias Principum, aliorumq; similium, non procurent (a) Ex hoc namque multa oriuntur absurda. Idem seruetur in obtinendis Beneficijs, Dignitatibus, & Canonicatibus, in quibus semper pręferri mandamus (b) Ciues, & prouectæ ætatis.

(a) Crisp. de Sac. Ord. § 4. n. 11. et § 17 n. 13. 14. & 15. Synod. Bitunt. Episcopi Galli de Sacram. Ord. § 12.

(b) Genuen. in prax. cap. 66. in annot. n. 12. § 12.

Promoti ad Ordines sine sufficiente, vel fictitio Patrimonio, sciãt esse suspensos; Ideó consulant Conscientias suas, & Dispensationem obtineant à Sacra Pęnitentiaria.

Ad Sacrum Sacerdotium assumpti Missam non celebrent, nisi priùs à Nostto Magistro Cærimoniario fuerint diligenter examinati, & approbati, & ab eodem fidem Approbationis gratis dandam, & à Nobis, vel à Nostro Generali Vicario licentiam in scriptis obtinuerint.

Cum in Nostra Cathedrali deficiat Præbenda Theologalis, nec erigi possit, vt mandat Sac. Conc. Trid. (c) Nos eius mandatis aliquo modo satisfacere cupientes decernimus, vt singulis diebus Dominicis tàm in

(c) Trid. sess. 5. de reform. cap. p.

Nostra Cathedrali, quàm in Parochialibus Nostræ Diœcesis habeatur conferentia Casuũ Conſcieñtiæ, & duo saltem Dubia proponantur per Parochos, vel alium à Nobis deputandum, quibus Sacerdotes omnes respondere teneantur, & resoluantur à dictis Parochis, vel Nostro Deputato, sub pæna Carolenorum quinque Parochis, vel dicto Deputato negligentibus, & Carolenorum duorum Sacerdotibus non interessentibus pro qualibet Vice pijs vsibus &c.

DE SACRAMENTO MATRIMONII
Caput XX.

Matrimonium perpetuum, & indissolubile Vinculum esse, primum humani generis parẽs, Diuini Spiritus Instinctu pronunciauit, cum dixit, hoc nunc os de Ossibus meis, & Caro de Carne mea. Per hoc autem indissolubile Vinculum significatur Coniunctio Christi cum Ecclesia. Tam magnum igitur Sacramentum piè, & Religiosè tractandum est, & ad hunc effectum eiusq; validitatem infrascripta accuratè obseruanda mandamus.

Vt Poligamiæ Crimen penitùs extirpetur, curent Parochi non denunciare Matrimonia Exterorum, nec Viduarum, quorum Coniuges in longinquis Partibus ex hac Vita migrarunt (a) nisi certò certiùs nouerint Eos liberos esse, & alio Matrimonio solutos. Prop-

(a) *Barb. de Off. Par. p. 2. cap. 21. n. 6.*

Propterea nisi in Nostra Curia eorum liber status verificetur ad præscriptum *I*nstructionum, & litterarum Circularium Sacræ Congregationis Sancti Officij de Vrbe,(b) Rectores denunciationes facere non audeant pro Matrimonijs Contrahendis.

(b)Sac.Congr.S.Off.die 2.Nouembr 1658.

Si alter ex Sponsis sit ex aliena Diœcesi,Parochus non faciat Denunciationes absq;Nostra,vel Nostri Generalis Vicarij licentia in scriptis obtenta,nec Eos coniungat sine Nostræ Curiæ Decreto, quod tunc interponatur, quando constabit de libero statu dicti Sponsi per fidem authenticam sui Ordinarij examinatis Testibus super libertate prædicta . Hoc pariter seruari mandamus in Concedendis litteris Testimonialibus à Nostra Curia pro libertate Nostri *D*iœcesani sub pęna ducatorum Vigintiquinque.

Ad tollenda Scandala, quæ ex Clandestinis Matrimonijs oriuntur,pręcipimus,& mādamus nullum Matrimonium contrahi, nisi priùs ter à proprio Parocho Contrahentium tribus diebus Dominicis , vel festiuis inter Missarum Solēnia in Vtriusq; Sponsi Parochia publicè denuncietur. (a) Si verò Parochus aliquem in Matrimonio Coniunxerit, per Annum ab Officio sit suspensus , & alijs pænis pro Arbitrio puniatur.

(a)Trid.sess. 24.de refor. matr.cap.9.

Factis denunciationibus Matrimonium non differatur Celebrandum post duos menses , quibus elapsis , Denunciationes denuò fiant,neque Matrimonium Contrahatur sine

(b) Genuen. in prax. cap. 26. n. 8. Bar. de Off. Par. p. 2. cap. 21. n. 24.

Nostra licentia (b) nisi elapso viginti quatuor horarum spatio ab vltima denunciatione, dummodo immediatè non sequatur Aduentus, vel Quadragesima; tunc enim in vltima Denunciatione Parochus Populum admoneat, quod ipso die Matrimonium sit cōtrahendum. Idem seruetur prò fide facienda Denunciationum.

(c) Trid. sess. 24. de refor. Matrimon. cap. p.

Si Denunciationes aliqua iuxta, & rationabili causa Nobis benè visa (c) omittendas esse iudicabimus, & Matrimonium per Verba de præsenti contrahendum necessitas vrgebit; tunt Curatus diligenter Coniuges admoneat, vt à Consumatione Matrimonij, Cohabitatione, & promiscua Cōsuetudine omnino se abstineant, donec expletis Denunciationibus nullum adesse Impedimentum constiterit.

(d) Rit. Rom de Sacr. Matrim. vers. hec autem

(a) Barb de Off. Par. p. 2 cap. 21. n. p.

Denunciationes nnllatenus fiant à Parochis (d) nisi priús exploretur diligenter voluntas, & Consensus contrahere volentium, quandoque in Missa Parochiali publicent Excomunicationem, qua innodantur Impedientes directé, vel indirectè libertatem Matrimonij (a)

(b) Sac. Con. Ep. 12. Septemb. 1589. Trid. Sess. 24 de refor. matrim. cap. 10

Nuptiæ non celebrentur (b) à Dominica prima Aduentus vsq; ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum vsq; ad octauam Paschatis Resurrectionis inclusiuè, Prædictis verò Temporibus Denunciationes fieri posse declaramus. At si aliquando iusta de causa

præ-

prædictis Temporibus Matrimonia celebrari permittemus, prohibemus tamen Solemnes traductiones Sponsæ ad Domum Sponsi, Conuiuia, Nuptialia, benedictionem Matrimonij, & similia (c) Post tempus veró vetitum infra dies octo, curent Sponsi inter Missarum solemnia benedictionem accipere. Si Parochus Temporibus prohibitis Matrimonium in faciem Ecclesię celebrari permiserit, per mensem Carceribus mancipetur.

(c) fagn. in 2. lib. Decr. de ferijs cap Cappellan. n.6.

Animarum Rectores non coniungant in Matrimonium Eos, nec pro illis Denuuciationes faciant (d) de quorum legitima ætate non constat, quam in Masculis quatuordecim, & in fæminis duodecim completorū esse Sacra Iura decernunt. Eorum verò in quibus malitia supplet ætatem, Publicationes non fiant Nobis inconsultis, & causa in Nostro Tribunali cognita, Decreto mediante (e)

(d) Cap. ex litteris, & cap. Coutinebatur de desponf. in pub.

(e) fagn lib. 4. Decret. cap. de illis. n.42. de desponf. impuberum.

Qui fidei rudimenta, Præcepta Decalogi, Symbolum Apostolorum, Orationem Dominicalem, & Salutationē Angelicam ignorant, non coniungantur in Matrimoniū: nec pro Eis fiant Denunciationes sine Nostra licentia, qui præceptum Paschale non adimpleuerūnt.

Si dum Denunciationes in Ecclesia fiunt, vel illis peractis Impedimentum aliquod legitimum, Dubium, vel falsum, etiam per Vnum Testem fuerit reuelatum, Parochus Sponsos in Matrimonium non coniungat,

(a)

(a) sed illud Nobis denunciet vt cognita Veritate possimus debitè prouidere. Si quis verò falsum Impedimẽtum malitiosè denũciaueri (b) aut verũ absq; vrgenti causa malitiose tacuerit, aut Maleficijs, vel aliter Matrimonia impedire presumpserit Excomunicationem latæ sententiæ Nobis reseruatam ipso facto incurrat.

(a) Gauan. in Man. 2. Mast. imped. n. 25. Conc. Prou. Mediol. 7.

(b) Concil. Prou. Med. 3. Gauant. in Man. v. Matrimon. Denunc. n. 26.

Denunciantes impedimenta Matrimonij, illa in scriptis redigant, & se subscribant, (c) Si veró scribere nesciant, coram duobus Testibus denuncient; Testes verò de Impedimento deponentes, sciant computare gradus à Stipite, vel saltem à fratribus, & habeant Iuris requisita, aliàs non admittantur.

(c) Sac. Congr. Episcop. 2. Augusti. 1594. Nic. in flosc. v. Matrimon. n. 14.

Sponsi priusquam in faciem Ecclesiæ sint Coniuncti, & benedictionem á Parocho recipiant, à Copula Carnali se abstineant, si contra fecerint, sciant Excomunicationis latæ Sententiæ pænam incurrere; Et ad tollendam omnem Occasionem peccandi interdicimus Sponso accessum ad Domum Sponsæ sub pęna viginti rotulorum Cerę albæ elaboratæ; permittimus tamen iusta existente causa coram Parentibus, Consanguineis, vel Tutoribus in Illorum defectu. Parochi in Ciuitate, & Vicarij Foranei in Diœcesi super hoc inuigilent, & Nobis referant, vt pęnis iam dictis, & alijs Nostro Arbitrio illos puniamus.

Postquam Denunciationes fuerint expletæ, & nullum adfuerit Impedimentum, Parochus

chus Sponsæ,quem proprium Parochum esse per præsentes decernimus, Sponsos statim in faciem Eeclesiæ coniungat. In Parochiali, vel alia infra fines Parochiæ existentes (a) ante Altare maius Præsentibus Testibus de manè,nisi aliter à Nobis fuerit ordinatum, & in Missa pro Sponsis celebranda, velato Sponsæ capite; Si contra hoc Nostrum Decretum Parochus fecerit, Excomunicationem Nobis reseruatam statim incurrat.

Parochus sedulò hortetur Sponsos in Domino, vt antequam Matrimonium in faciem Ecclesiæ contrahatur,biduo ante, vel saltem eodem die Confiteantur (b) & Sacra Comunione se reficiant, vt Sacerdotalem benedictionem accipiant, & Diuinam gratiam assequantur. Caueant tamen Parochi sub pęna Suspensionis impertiri benedictionem Sponsæ aliàs benedictæ (c)

Benedictio Nuptiarum, & Missa non celebretur nisi orto iàm Sole (d)

Parochi tandem doceant Populum impedimenta,quæ oriuntur ex Consanguinitate, Affinitate, Cognatione Spirituali, Affinitate ex Copula fornicaria, & ex publica honestate (e) quibus existentibus matrimonia prohibentur,nè ex Ignorantia in gradu prohibito contrahantur.

Sed si ignoranter Matrimonium contrahatur, cognito Impedimento, Coniuges separētur donec Dispensationem à Sede Apo-

(a) Ritual. Rom. in Rub de Sacram. Matrim. In vers. Matrimon in Eccl Acta Eccl. Mediol. lib. 4. tit. p. de Sponsf. cap. 14.

(b) Trid. sess. 24. de refor. Matr. cap p. Bar. de Off. Par. p. 2. cap. 21. n. 8.

(c) Sanchez. de Matrim. lib. 7. disp. 82. n. 15. Barb de Off. Par. p. 2. cap 21. n. 102.

(d) Conc. Senens. cap. 29 & Conc. Colon 4 cad 3.

(e) Pius. V. in Bull incipien. ad Romanū Trid.

sto-

Sess. 24 de re for. Matr. c. 3. & 4. stolica obtinuerint. Si quis verò scienter intra Gradus prohibitos Matrimonium cõtrahere ausus fuerit, sciat Excomunicationem incurrere ex Bulla Clementis Papæ V. & carere omni spe impetrandæ Dispensationis; Ideò Matrimonium illicò separetur.

Si Sponsalia legitimè contracta aliqua iusta causa fuerint dissoluenda, Id non fiat, nisi causa in Nostra Curia benè discussa; Si verò in matrimonio Sponsorũ Consensus accesserit, exploretur priús eorum voluntas à Nostro Vicario Generali, quibus dissolutis sciãt Sponsi oriri Impedimendum publicæ honestatis, iuxtà Decretum Sac. Congregationis Conc. ab Alexandro VII. approbatum.

DE SACROSANCTO MISSÆ SACRIFICIO Caput XXI.

IN Diuino Sacrificio, quod in Missa peragitur, Idem Ille Christus continetur, & incruenter immolatur, qui in Ara Crucis semel seipsum Deo Patri cruenter obtulit in Peccatorum nostrorum mundamẽ. Cum igitur Sacrificium hoc veré propitiatorium sit, Sacerdotes Contrito Corde, Pęnitentes cum metu, magnaq; reuerentia illud celebrare debent, vt misericordiam consequantur, & gratiam inueniant in auxilio opportuno.

Sacerdotes itaq; Saltẽ Dominicis, festisq; diebus solemnibus Sacrum peragere non omittant, Parochi verò legitimo impedimẽ-

to

to cessante singulis diebus festiuis, & Dominicis Missam celebrare iubemus (a) In alijs verò diebus ità frequenter celebrent, vt suo muneri satisfaciant (b)

Vt autem tantum Sacrificium ea, qua decet reuerentia fiat, Vnusquisq; antequam ad celebrandum accedat (c) Sacramentalis Pęnitentiæ lauacro, si quas habet maculas, tergat, semel vero, vel bis in hebdommada (d) hoc exequi in Domino hortamur, licet nullius læthalis Culpæ Reum se nouerit esse, ad recipiendum vberiorem Gratiæ fructum.

Animaduertant verò Sacerdotes, vt priusquam Sacris Vestibus sint induti, confiteantur, nisi alicuius peccati forsitan obliti, reminiscantur.

Benignè Omnes in Domino hortamur, & paterna Charitate monemus, vt antequam Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragant, recitent Matutinum, & Laudes Ipsius diei, nisi rationabili causa fuerint impediti.

Nemo celebrare audeat sine Veste talari, vel saltem in Pagis Nostræ Dięcesis vltra genua protensa, neque sine Collari sub pęna ducatorum trium pro qualibet Vice, nec Pileolo, & Anulo vtatur, & antequam ad celebrandum accedat, Missam diligenter perquirat, signaculis notet, illamq; attentè, & deuotè peragat memor quod maledictus est Ille qui facit opus Dei negligenter.

Et ne circa modum, & Ordinem exeundi ad celebrandum confusio oriatur, aut ita incul-

(a) Cap. quotidie de Consil. dist. 2. Sac Cong. Episc. 23 Decemb. 1603. Nic. in flos. v. Parochus.

(b) Trid sess 23. de refor. cap. 14.

(c) Trid sess 13. cap. 7.

(d) Acta Eccl. Mediol. 3. cap. 24. de Celebr. Miss. cap. 15.

culcatè Missæ celebrentur, vt plures eodem tempore actualiter existant in Altaribus, mãdamus, ne quis ad celebrandum exire præsumat, nisi Alter ad offertorium peruenerit; Ita vt dicto Ordine seruato duæ tantum Missæ actualiter celebrentur, & ita seruari curet Sacrista sub pænis Nostro Arbitrio. Excipimus tamen dies solemnes, in quibus plures Missæ eodem tempore celebrentur. Ad celebrandũ præferantur Dignitates, Canonici, Sacerdotes senes, & Valetudinarij.

Dum celebratur à Nobis Missa Pontificalis, vel Cantata, Nobis assistentibus, Nemo ad celebrandum egrediatur, nisi ea expleta. Et cum missa Parochialis habetur, nullus Sacerdos celebrare præsumat, nisi facta sumptione Sacramenti.

(a S) ac Congr. Conc. die 2. Iul. 1620 Trid. sess. 23 ead. 16. eadẽ Sac. Congr. 17. Aug. 1670.

Sacerdotes exteros, & Vagos ad Missam celebrandam in eorum Ecclesijs Parochi, & Regulares nullatenus admittant, (a) nisi literas Dimissoriales proprij Ordinarij, & licentiam à Nobis obtentam ostẽderint, quod pariter obseruent Omnes Alij Ecclesiarum Rectores, & Sacristæ sub pęnis Nostro Arbitrio reseruatis. Sacerdotes verò Exteri, qui sine nostra licentia Sacrum facere præsumpserint, per duos menses Carceribus mancipentur.

(b) Syn. Mediol. Decr. 8

In Ecclesijs Monialium solos Confessarios, & Cappellanos Missam celebrare Indulgemus (b) Cæteri verò Sacerdotes in dictis Ecclesijs Sacrum non peragant, nisi de Nostra,

vel

vel Noſtri Generalis Vicarij,aut Vicarij Monaſterij licentia, ſub pęna ſuſpenſionis Nobis reſeruatæ Ipſo facto incurrendæ.

Nobis Pontificaliter Celebrantibus, Omnes de Capitulo, & Clero aſſiſtant parati: & cum ante Nos tranſire contingat, etiam ſi Miſſæ,& Diuinis Officijs aſſiſtamus, Omnes genuflectant, Dignitates verò, & Canonici profundè ſe inclinent. Celebrans,eiuſq; Aſſiſtentes ſedeant in ſcamno decenter ornato, & panno honeſti coloris veſtito, in Cornu Epiſtolæ poſito; & dum ad Altare accedunt, vel ab Eo recedunt faciant debitas Genuflexiones, & reuerentias. In Altari,in quo Nos celebrauimus, Nemo eodem die celebrare audeat abſq; noſtra licentia.

Non recipiantur Onera Miſſarũ perpetua, & Anniuerſaria, à quibuſuis Capitulis, (a) Congregationibus, Rectoribus,vel Procuratoribus,Nobis inconſultis, ſub pęnis Nobis benè viſis: & in Sacriſtia adſint Tabellæ,in quibus Miſſarum numerus ſit deſcriptus cũ expreſſione Oneris. Miſſæ, & Anniuerſaria celebrentur in Eccleſijs, & Altaribus à Fundatoribus præſcriptis, & non alibi,(b) niſi ex rationabili cauſa à Nobis approbanda, ſi obligati aliter fecerint, ſciant Oneri non ſatisfacere, & mortaliter peccare.

Sacerdotes,qui Miſſas prò certa Eleemoſina celebrandas ſuſceperunt, Eas per Alios celebrari facere nequeant parte eleemoſinæ ſibi retenta. Eleemoſinæ manuales,& quotidia-

(a) Bull. Vrb VIII. incip. cum ſæpè Nicol. in floſ. v. Miſſa n. 10.

(b) Corrad. in prax. benef. lib. 2. c. 11. n. 22. Barb. de pot. Epi. p. 2. alleg 2 + n 33

næ non recipiantur pro Missis celebrandis, Confirmantes circa hoc Decreta Prędecessoris Nostri Cesonij, & pęna ab eo inflictas, & alias Nobis benè visas.

Missa post Auroram, & post nonam pro publica commoditate, celebretur singulis diebus per turnum à Dignitatibus, & Canonicis, ac Sacerdotibus, non solum in Nostra Cathedrali, sed in Collegiatis, & Parochialibus nostræ Dięcesis, sub pęna Carolenorum decem, ad præscriptum Constitutionum Synodalium Prædecessoris Nostri Episcopi de Diano, sub titulo de Celebratione Missarum. Ante Auroram, vel post meridiem Nemo celebrare audeat, nisi, ex causa Nobis benè visa, excepta Nocte Natiuitatis Domini. Tandem Confirmamus Omnia Decreta emanata in Synodo Diæcesana supradicti Episcopi de Diano de Celebratione Missarum, quæ ad vnguem obseruari præcipimus.

DE DIGNITATIBVS, CANONICIS, ET Mansionarijs, Horis Canonicis, & Seruitio Chori Caput XXII.

IN Ecclesijs prę sertim Cathedralibus Dignitates ideò institutæ sũt vt Ecclesiastica disciplina augeatur, & Conseruetur; propterea illas obtinentes Alios exemplo, & pietate prę cellere, nec non Episcopos (a) Opere, & Officio iuuare debent; Propterea tam Dignitates, quàm Canonici, ceteriq; de Clero No-

(a) Cap. hi p. 9 p. Trid. sess. 24. de

Nobis solemniter Celebrantibus, vel Pontificalia exercentibus assistant, & inseruiant, & dum ad Ecclesiam Cathedralem cum Cappa accedimus, & ab ea recedimus in publicis functionibus (b) Nos comitentur.

Statutis horis Diuina Officia Voce Concordi psallant, & concelebrent (c) Nemo è Choro discedat, nec quidem simplex Sacerdos, nisi Diuinis Officijs expletis.(d) Si verò aliquis ex iusta causa exire impellatur, obtineat priùs licentiam à prima Dignitate, vel ab eo, qui eius loco succedit, alioquin pro Absente reputetur, & priuetur Distributionibus illius horæ, vel Missæ.(e) Dictis Distributionibus priuentur etiam, qui ex industria ad vltimum pręfiniti Temporis punctum venire distulerint, (f) vel licet pręsentes alta, & intelligibili Voce canere, & recitare neglexerint. (g)

In festis primæ Classis Nobis absentibus, vel legitimè impeditis Missæ solemnes, alięq; functiones Episcopales celebrentur per Archidiachonū primam Dignitatem post Pontificalem, eoque absente, vel legitimè impedito per Dignitatem subsequentem iuxta Decreta Sac. Congregationis relata per Barbosam in suis Collectaneis, necnon seruata forma Decreti lati per hanc Nostrā Episcopalem Curiam inter Archidiaconum D. Hieronymum Rocca, & D. Antoninum Guida tunc temporis Archipresbyterum. Diebus veró Dominicis, & festis, Missæ celebrentur

per

refor. cap. 12.

(b) Sac. Rit. Cōg. 30. Ian 1610.

(c) Trid. sess. 24. de refor. cad. 12. Barb de Canō. cap 31. n. 2.

(d) Sac. Congr. Epist. 18. Ap. 1617.

(e) Eadem Sacr. Cong. vlt. f. Conc. Mediol. p. p. 2. tit. quomodo versan. in Choro.

(f) Conc. Senens. in decr. Mor. cap. 20

(g) Megal. in prompt. v. Distrib. n. 8. Barb. de Canon, cap. 44. n. 9. Sac. Rit. Congr. 23. Nouemb 1602.

per Dignitates, & Canonicos prout in Tabella.

Dignitates, & Canonici inseruiant per se ipsos, si veró legitima subsit causa, valeant substituere iuxta laudabilem, & peruetustã consuetudinem huius Cathedralis, quam Nos confirmamus, & volumus habere locũ etiam in Collegiatis Nostræ Diœcesis.

Absentes non lucrentur Distributiones quotidianas, quas donari, cedi, aut remitti prohibemus. Si verò taliter Absentes, vel nõ inseruientes sic donatas, vel remissas acceperint, sciant se teneri restituere, & illas interessentibus accrescere.

Residentia Canonicorum tanquam specialis obligatio à Sac. Trid. Synodo (a) & Sacris Canonibus grauissimis Verbis commendatur; Ideo si vltra tres menses singulis annis abesse contigerit, sciant quod Nos procedemus contra eos seruata forma dicti Sac. Conc. Trid. & Constitutionum Apostolicarum; Ideo præcipimus, vt in posterum Nemo ex Dignitatibus, & Canonicis Nostræ Catedralis abesse præsumat, nequidem in tribus mensibus à Iure Concessis, absque Nostra licentia (b) sub pœnis Nostro Arbitrio reseruatis.

(a) Trid. sess. 23. Reform. cap. 1 & sess. 24. de refor. Cap. 12.

(b) Sac. Congr. 11. Febr. 1623. & 15 Iunij 1647.

Nostra Cathedralis, licet sex Dignitatibus, & quatuordecim Canonicis sit insignita, Chori seruitium in tres hebdomadas diuisum consuetudo demonstret, duæ ex Digni-

gnitatibus,& quatuor ex Canonicis pro singulis hebdomadis inseruiant; tamen aut aduersa valetudine, aut alia legitima causa hebdomadarijs detentis, numerũ sufficientẽ ad constituendum chorum nõ comperimus, ideo Pastorali sollicitudine impulsi, ac Dei gratia adiuti duodecim Sacerdotes ex nostri Cleri gremio in Mansionarios, ac Cappellanos in perpetuum eligere, ac instituere studiosè curauimus, quorum quatuor pro qualibet hebdomada, cum alijs duabus Dignitatibus, & quatuor Canonicis Choro inseruiāt, Diuinisq; officijs denarum numerum efficiant, iuxta mentem Regij Psalti: *in Psalterio decem cordarum psallam tibi*. Eorum electio ad nos, nostrosq; Successores spectare semper habeat, & quos cantu gregoriano peritos esse noscemus, præferri volumus; ideoq; præfatũ cantũ addiscere non omittant, vt benè psallant Domino in vociferatione, & quæ in eorum institutione præscripta fuere ad vnguẽ seruare teneantur.

De Gremio Nostri Capituli eligatur Punctator; qui pũctet Omnes Absentes, & in Sabato cuiuslibet Hebdommadæ cogat illos soluere pęnas diuidendas interessentibus (a) & ita inuiolabiliter seruari decernimus. Et vt Punctator electus inuiolatè, & religiosè munus suum exequatur, mandamus, quod in principio sui Officij ad annum duraturi (b) pręstet iuramentum de fideliter punctando in manibus Nostri Generalis Vicarij.

(a) Barb. de Canon. cap. 34. *n.* 16. *Sac* Congreg. 15 *Febr.* 1593. *&* 28. *eiusd.* 1605.

(q) Sac. Con*gr. Conc.* 17 *Mart.* 1619

Cantoris munus erit, & in eius defectum *Barb. de Ca-*

sub Cantoris, Chori curam habere, Antiphonas, & Lectiones distribuere, Psalmos intonare facere, & pausam Versiculis indicere, ac inter Canonicos prædicta dicenda assignare iuxta vsum, & Consuetudinem Nostræ Cathedralis.

Nugæ, risus, Colloquia, & similia non misceātur dum Diuina Officia in Choro recitātur. Signum Officij detur per pulsationem Campanæ, quo facto Omnes ad Ecclesiam conueniant, & post dimidium horæ à dato signo inchoetur Officium annuente Præfecto Chori, vel Canonico hebdommadario. Circa horam seruetur Tabella in Sacristia posita.

Martyrologium Romanum legatur in Tono lectionis alta, & Intelligibili Voce, vt Christi fideles Sanctorum gesta audiant, & imitentur; Necnon inflammentur ad Deuotionem erga Deum, & Venerationem Sanctorum. In reliquis circa Diuinum Officium seruetur Cærimoniale Episcoporum.

Sęculares quacumq; Dignitate fulgentes, dum Diuina Officia celebrantur, vel cantatur Missa, non accedant ad Chorum tam in Nostra Cathedrali, quàm in Parochialibus Nostræ Dięcesis sub pęna Excomunicationis ipso facto incurrendæ, si moniti exire renuerint.

DE

DE ACTIBVS CAPITVLARIBVS Caput XXIII.

SAtis ſtatuère Prædeceſſores Noſtri circa Actus Capitulares, & præſertim fœlicis Recordationis Antiſtes Paulus de Diano in ſuis Conſtitutionibus Synodalibus; Ideo preſenti Noſtro Decreto Sancimus Illas ad vnguem obſeruari, quas Nos renouamus, & Confirmamus.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM Caput XXIV.

NIhil eſt quod Alios magis inſtruat ad Cultum Diuinum, & Pietatem, quàm Vita Clericorum,qui fuerunt in ſortem Domini vocati, & ſuper quos Sanctæ Vnctionis Oleum effuſum eſt; Cum enim à Rebus ſæculi in altiorem locum ſublati conſpiciantur, in eos tanquam Speculum cæteri Oculos conijciunt; quapropter ſic decet Clericos Vitam moreſq; ſuos Componere, vt Eorum Actiones Cunctis afferant Veneratione͂.

Cum igitur diſcreta Clericorum Vita non ſolùm in intrinſeco Animi ornatu, ſed etiam in extrinſeca Veſtium compoſitione conſiſtat; Ideò Sancimus, vt Eccleſiaſtici Omnes modeſtis, & proprio Ordini Congruentibus Veſtibus, & Talaribus vtantur,(a) cum decenti Cingulo nigri Coloris præcinctis. Cęte- *(a) Trid ſeſſ. 14.de Refor. cap.6.*

M ra

(b)*Conc. A quisq.1.cap. 129.*

ra Indumenta vt ſunt Tibialia, Caligæ, & ſimilia ſint honeſti Coloris (b) Non veró rubei, Cęrulei, vel Crocei, Calceamēta pariter nigra ſint, ſub pęna Carolenorum decem pijs vſibus &c. quorum quarta pars ſit capientium. Permittimus tamen, quod dum equitant, vel in Ruribus ſe conferunt, vtantur Veſtibus breuioribus, & Calceamētis Albis.

(a)*Cap. Prohibemus diſt 22. & Cap. Clericos de Vita, & hon Cler.*

Comam non nutriant (a) nec Perucca vtantur ſub pęna ducatorum duodecim, ſed Capillos ad modeſtam, & compoſitam rationem deferant; Itaut Aures pateant, & Collares non operiant.

(b) *Trid. ſeſſ 23. de Refor. cap. 6. Fagn. in 2. p. 3. lib. Decret. de Imm. Eccl. cap. peruenit n. 15. vbi ſic refert deciſũ per Sac. Congr. Conc.*

Qui in Minoribus Ordinibus ſunt initiati, niſi habitum, & Tonſuram perpetuò geſtēt atq; Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, ſtatutis diebus non deſeruiant, fori Priuilegio priuentur, & meri Laici reputentur (b) ſi per tres Vices defecerint. Feſtis verò, Dominicisq; diebus Miſſæ Cantatæ interſint; Diebus veró ſolemnibus, Veſperis, & Miſſæ, ſub pęnis arbitrio, & Sabato Laudibus B. Mariæ cum ſuperpelliceis.

Sacerdotes ceſſante legitimo impedimento Miſſam celebrare non pigeat, Diaconi, & & Subdiaconi, diebus feſtis, & Dominicis, Clerici etiam ſola prima Tonſura inſigniti ſingulis menſibus Confiteantur. Cottam, & Biretam habeant, ſi qui autem vſq; nunc nō habent, infrà menſem de Eis ſe prouideant.

Sordibus Artibus, aut alijs negotijs à *Iure* prohibitis non ſe immiſceant, ab Exercitio

Mę-

Mędicinæ, farmacopolæ, vel Chirurgiæ, penitus se abstineant sine Nostra licentia in scriptis (c) Negotijs publicis, Vniuersalibus non se immisceant, nec Exactiones functionum fiscalium emant, vel exigant, vel quascumque alias Impositiones Laicales sub pęna Carceris formalis, alijsq; in Sacris Canonibus Comminatis.

(c) Cap. Nullus 14. q. 4 cap. Placuit 21. q. 3.

Renunciatio habitus Clericalis, & fori Priuilegij etiam per Actum publicũ facta, nulla sit, & irrita (a) sed fiat Coram Nobis ser. ser. Decreto Nostræ Curiæ mediante, si aliter facta fuerit, dictę Nostrę Curię, Nostroq; foro subiectos, Clericos renunciantes esse decernimus.

(a) Pignat. tom. p. Consult. 40. n. 4. Syn. Bitus. Epis. Galli tit. de Vita, & hon. Cler §. 17.

Reassumptio habitus Clericalis non concedatur, nisi capta priùs per Curiam Nostrã legitima informatione, quod volentes habitũm reassumere, Officijs Laicalibus se non miscuerunt, vel ratiocinijs non sint obnoxij, nec aliquo impedimento Canonico irretiti, itaut ad Sacros Ordines promoueri non possint, quod in Curia Laicali non sint Inquisiti, vel processati; necnon quod tempore sui Clericatus Ecclesiæ cui erant adscripti inseruierunt iuxta Sac. Conc. Trid. Decreta, quibus ritè, & rectè probatis, Decreto Nostræ Curiæ mediante, admittantur ad reassumptionem; Si verò Ipsis non seruatis habitum Clericalem gestare ausi fuerint pęna Carceris, & alijs pro Arbitrio puniantur.

Pro Clericis Coniugatis seruetur Capitu-

 lum,

lum, Qui cum Vnicis,& priusquam matrimonium solemniter perficiant, doceant in hac Curia cum Vnica, & Virgine Sponsalia Contraxisse,& Decreto interposito liceat eis habitum Clericalem deferre, & Tonsuram, & Ecclesię inseruire,Si secus fecerint insignia Clericatus non deferant sub pænis á Nobis benè visis.

Si Laicus absq; Nostra licentia habitum Clericalem deferre ausus fuerit, excomunicetur,alijsq; pęnis mulctetur.

Quia Arma Clericorum sunt Orationes,& lachrymæ, & proindè prohibentur illa deferre (a) Ideo hac Nostra Synodali lege Sancimus quod Nemo Clericorum tum in Minoribus, cum in Sacris Cōstitutus cuiuscūq; Dignitatis, vel Conditionis existat, siue ad offendendum Proximum, siue ad se defendendum, aut quouis alio prętextu deferat Arma non prohibita absq; Nostra licentia sub pęna ducatorum Vigintiquinque. Prohibita verò vt sunt Archibusetti, suffiones, Terzette, Stilletti, Cultri acuti, idest Smagliatore, & similes, Clerici ne deferant sub pęna ducatorum Centum, & amissionis Armorum si in fraganti fuerint deprehensi, vel Constiterit de delatione per Tres Testes omni exceptione maiores.

(a) Cap. fin. 36. dist. Cap. Porro 16. q. 3. Cap. Non Pila 23. q. 8.

Talis generis Arma nec Domi detinere valeant (b) sub pęna ducatorum vigintiquinque pijs vsibus &c. Permittimus tamen retinere Domi Arma non prohibita, & prohibi-

(b) Cap. Cleric. de Vita, & hon. Cler.

hibita de Nostra, vel Nostri Generalis Vicarij licentia in scriptis obtenta retinere, & deferre ex iusta Causa, & Nobis benè visa.

Ecclesiastici Omnes secunda hora noctis iam significata non vagentur per Ciuitatem, & loca (c) nisi vrgente necessitate, qua existente, hoc faciant recto tramite, & cum lumine. Diu, vel noctu non audeant in locis publicis canere, vel sonare, nec similia faciẽtibus se associare, (d) sub pęna rotulorum decem Ceræ albæ elaboratæ.

(c) Conc. Lo od. Cap. 54.

(d) Conc. Se non. cap. 25.

Se abstineant ab Ingressu Tabernarum edendi, vel bibendi causa, nisi in itinere, (e) & pariter à Choreis. Commessationibus, Ebrietatibus, Cœmedijs, Baccanalibus, ludicris, & profanis spectaculis, Personati vagari non pręsumant sub pęnis Arbitrio. Ludis prohibitis, in quibus Sors experitur, vt sunt Aleę, Taxilli, & similes (a) non ludant, nec illis intersint, neq; publicè, neque priuatè, & si interfuerint, & pactum negauerint, aut luserint, & fuerint depræhensi, vel per Tres Testes omni exceptione maiores de Visu, & Scientia Constiterit, ducatorum duodecim pro qualibet Vice pęnam incurrant. Toleramus tamen posse ludere priuatè recreationis causa ludis non prohibitis, excepto tempore Quadragesimæ.

(e) Cap. eod. de Vita, & hon. Cler.

(a) Cap. Per de vita, & hon. Cler. cap. inter Dilect. de Excess. Prælator.

Quia verò nullum maius præiudicium Diuinæ bonitati impendi potest, quàm si ab Ecclesiasticis, quos aliorum posuit Dominus Correctores, prauitatis exempla Laicis

pre-

prębeantur; Ideò ne impudicitiæ Sordibus fedentur, præcipimus, vt Mulierum ſuſpectarum cohabitationes omninò fugiant, neque ſeneſcentes Domi retineant (b) ſi cum illis ſcandalum aliquod ortum priús fuit, ſub pęnis Noſtro Arbitrio reſeruatis; Mulierum Impudicarum Domos non adeant, nec cum Meretricibus publicé confabulent ſub librarum decem ceræ Albæ elaboratæ,& carceris arbitrio. Non detineant Domi Mulieres,niſi Matrem,Sorores, Conſanguineos,vel Affines vſq; ad ſecundum gradum,vel alias à Iure permiſſas ſine Noſtra licentia in ſcriptis obtenta (c) permittimus tamen habere famulas non ſuſpectas quinquagenarias, ſi non cohabitauerint cum fęminis conſanguineis, vel Affinibus (d) Mulieres, aut Puellas quacumq; honeſtate fulgentes legere,ſcribere,cantare,vel ſonare non doceant,niſi à Nobis fuerint approbati,inſpectis eorum ætate, & moribus,ſub pęna ducatorum decē,alijſq; prò Arbitrio infligendis.

(b) Conc. Nicen. can. 3. cap. Interdixit diſt. 32.

(c) Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 4.

(d) Cap. 1. de Cohab. Cler. cum Mulier.

Procurationis,vel Aduocationis munus in Curijs Laicalibus nō exerceant,niſi pro Cauſis Ciuilibus, proprijs, Eccleſiarum, vel Miſerabilium Perſonarum (a) Addicta Tribunalia pro exponendis querelis Criminalibus non accedant, etiam cum proteſtatione citrà pęnam ſanguinis ſine Noſtra licentia (b) In ſcriptis obtenta, nec teſtimonium ferant in dictis Tribunalibus (c) pro Cauſis Criminalibus. In Ciuilibus verò Teſtimonium perhibere

(a) Genué. in prax. cap. 42 n. 9.

(b) Genuen. vbi ſup. n. 9.

(c) Cap. Teſtimoniū 11. q. p.

bere permittimus de Nostra, vel Nostri Generalis Vicarij licentia in scriptis (d) presti-to tamen prius Iuramento in Curia Nostra de veritate dicenda, si secùs fecerint penas in Sacris Canonibus, & Bullis Pōtificijs, aliasq; ad arbitrium incurrant. Tabellionatus Officium in foro tantùm Ecclesiastico (e) exercere permittimus.

(d) Cap. clericum de fideiuss. cap. siquidem 11 q.p.

(e) Cap. sicut 8. ne Cler. vel Monac.

Et ne Immunitas concessa bonis Clericorum à Sacris Canonibus in Reuerentiam Ecclesiasticæ Dignitatis, aliquando deseruiat ad tegendas fallacias Laicorum, & ad fraudandas iustas Gabbellas fictis Contractibus in graue damnum, & præiudicium Tertij; Volentes consulere publicę, & priuatæ vtilitati, Omnibus Ecclesiasticis Nostræ Iurisdictioni subiectis, prohibemus sub Excomunicationis pena Nobis reseruata ipso facto incurrenda, Ne donationum, Venditionū, Cessionum, permutationum, aut Alios id Generis fictos, simulatos, & fraudolentos Contractus ineant. Si verò hactenus aliquos fecerint, sub eadem pena rescindant prout rescissa, & penitùs irrita, ac nulla per Nostram Curiam declarari mandamus, Iuraq; & bona ipsa Laicis, ad quos spectant Illicò, & cum effectu restituant.

Tandem Sacristæ, Ecclesiarumq; Rectores sub penis arbitrio Nostro non describant in Tabella Clericorum illos, qui habitum Clericalem dimiserunt, & de licentia Nostra, vel de facto denuò assumpserunt, nisi à Nobis fue-

fuerit mandatum, vt Eos in dicta Tabella adſcribant, & ſeruitio Eccleſiæ mancipent, quod etiam ſeruetur in adnotandis Clericis nouiter promotis.

DE SEMINARIO.

Caput XXV.

PLacuit Diuinæ Prouidentiæ, à quo bona cuncta procedunt, poſt quatuor centum ãnos ab huius Cathedralis Eccleſiæ erectioni (& ſi antiquior eiuſdẽ tradatur origo) Tertio Præſulatus Noſtri anno Seminarium inſtituere, quod etiam vrgente Sac. Conc. Trid. ſtatuto à Noſtris Prædeceſſoribus comperimus neglectum, in quo poſſint adoleſcentes laudabiliter viuere literis, boniſq; moribus inſtrui, & Eccleſiaſticam diſciplinam addiſcere. Cumq; antequam Noſtra Synodus Diæceſana Typis mandaretur Prædictũ ſeminarium completum non fuerit pro eius recto, & ordinato regimine, prçter regulas vulgari Idiomate impreſſas, hoc prçſenti Capite in eadem Synodo inſerendo infraſcriptas Ordinationes omnino ſeruãdas præſcribimus.

1 *I*n Seminario pro Alumnis non recipiantur, niſi Pauperes, qui ſaltem annũ duodecimum attingant, & decimum octauum non excedant, ſint Diçceſani, bonæ indolis, Ex legitimo Matrimonio procreati, & Cle-

ricali

li Tonſura inſigniti, præſtent idoneam cautionem de omnibus reficiendis expenſis, ſi eorum Culpa ex Seminario fuerint dimiſſi, aut abſq; Noſtri licentia diſceſſerint, aut ad Sacros Ordines promoueri non Curauerint.

2 Non admittantur, niſi præuio Noſtro reſcripto, ſecum deferant vtenſilia neceſſaria pro veſtitu, & lectu; necnon ſuperpelliceum cum bireto, officium Beatæ Mariæ Virginis, Coronam, ac alios libros ſpirituales, aliosq; pro ſtudio neceſſarios.

3 Conuictores admitti permittimus, qui ſimilibus veſtibus vt vtũtur Alumni, induãtur, ſolutione tamen ducatorum triginta quotannis, anticipatè tamen, facienda pro quolibet ſemeſtre. In ingreſſu tamen, tam Alumni, quàm Conuictores recipiantur ſeruata forma regularum ſeminarij.

4 Alumni, & Conuictores nõ excedant numerum quadragenarium, qui omnes Rectori obedientiam, & reuerentiam exhibeant.

5 Dominicis, & feſtiuis diebus in hac Cathedrali interſint officio diuino in Choro, ſingulis verò diebus gradatim duo ex ipſis inſeruiant Miſſis priuatis.

6 Poſt feſtum Annunciationis huius Eccleſiæ Titularis, & poſt eiuſdem Virginis Natiuitatem adhibitis adhoc alijs Examinatoribus ſubiacere debeant examini circa litterarum profectum, morumq; diſciplinam.

7 Rector ſit ætate prouectus, probatæ vitæ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtructus, qui pi-

as exhortationes ad Clericos sępe peragat, eorũ mores diligenter inquirat, inuigilet vt ea, quæ ad spiritualẽ profectũ spectant rectè fiant, delinquentes debitis pęnis coerceat, sed nullum, nobis inconsultis, expellat, librũ conficiat, in quo adnotet tempus, nomen, & Patriam, tam Alumnorum, quàm Conuictorũ, ac etiam habeat librũ redditũ Seminarij, & expensarum, & singulis mensibus computa reddat Deputatis; & in fine anni Nobis seruata forma Sac. Conc. Trident.

DE LIBERTATE, ET IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

Caput XXVI.

(a) Cap. Non minus de Immun. Eccles. cap. Si Imperator 96 dist. Trid. sess. 25. de refor. cap. 20.

PRæsulum, qui Grægis Dominici verè volunt esse Pastores, non Mercennarij, præcipuum munus est Immunitatem Sacris Tēplis, & Personis Ecclesiasticis Iure Diuino (a) & Canonicis Sanctionibus concessam, ab Imperio, & Iudicio Laycorum defendere. In hoc prę cęteris sollicitudinibus debent esse peruigiles. Nos igitur ad Præsulatus Apicem euecti, vt Immunitas, & libertas Ecclesiastica in sui Iuris plenitudine, & Integritate illęsa permaneat h's Nostris Synodalibus Cōstitutionibus, quæ sequũtur statuenda decreuimus.

Nemo cuiusuis præeminentiæ, gradus, Dignitatis, aut Officij prę terea, vel quouis quęsito

ſito colore libertatem, & Immunitatem Eccleſiaſticam lædere, minuere, aut violare, auxilium, Conſilium, vel fauorem preſtare, aut Mandatum publicè, vel occultè ſcienter dare preſumat; Si hoc fecerit, Excomunicationem Summo Pontifici reſeruatam (b) Ipſo facto incurrat. *(b) Bull. Gregor. xiv. incip. cũ alias.*

Quicumque ab hominibus Dei ſeruitio manciparis Datia, Gabellas, ſeù Collectas exigere, vel extorquere, aut eorum Bona functionibus Fiſcalibus ſubmittere, vel debitas franchitias Eis, vel eorum famulis denegare auſi fuerint, Excomunicationis penam ipſo Iure in Bulla Cenæ latam (a) incurrant. Communitates, Collegia, & Vniuerſitates in his Culpabiles, Eccleſiaſtico Interdicto ſubiectas declaramus (b) *(a) Bull. Cænæ Can. 13.* *(b) Cap. quãquam de Ceſ n. 6.*

Qui authoritate, vel metu, directè, vel indirectè prohibent, ne Venditiones, Ceſſiones quorumcumq; bonorum, Iurium, & Actionum fiant Eccleſijs, vel Perſonis Eccleſiaſticis; aut ne bona ceſſa, Vendita, vel donata Eis tradantur, ſiue ad premiſſa auxilium, cõſilium, vel authoritatem dolosè dederint, aut Miniſtros Noſtræ Curiæ ne Eorum officiũ exequantur, impediuerint, dictam Excomunicationem latæ ſententiæ (c) incurrere declaramus. *(c) Genuen. in prax. cap. 59 Bull. Cænæ can. 16.*

Si Donationes, ceſſiones, aut Venditiones Perſonis Eccleſiaſticis factas, fraudolentas, & ſimulatas eſſe fuerit prætenſum, Nemini liceat tali prætextu dicta Bona per Eccleſia-

cos possessa Impositionibus Laicalibus sub-mittere, sub eadem Censura, (d) sed deducant eorum Iura in Nostra Curia, Iustitiæ complementum recepturi.

(d) Sac. Congr. Imm. 18. Septēb. 1629 & 4. August. 1643.

Nemo audeat tam per se, quàm per Alios capere, extrahere, carcerare, & arrestare sub quocumq; prætextu à Locis Sacris, & Immunibus, nempe ab Ecclesijs, Cęmeterijs, Monasterijs, Conuentibus, Hospitalibus, Clericorum Seminarijs, eorum Tectis, Valuis, Sacrestijs, Atrijs, & alijs Pertinentijs Personas ibi existentes etiam in Casibus in Bulla Gregorij XIV. permissis, sed forma, & Ordine in ea præscriptis non seruatis pró qualibet causa, vel bono fine; Si secùs fecerint, in Excomunicationem in dicta Bulla Gregoriana contentam, sciant incidisse, cuiùs Absolutio soli Summo Pontifici (e) est reseruata.

(e) Sac. Congr sub die 23 Nouē. 1617. approbāte Paulo V. Sperel. decis. 105 n. 43.

Qui verò bona, Arma in supradictis Locis existentia, auferre, exequi, siue pro Eis reperiendis violentam perquisitionem facere, vel dicta loca obsidere, vel Personas ibi existentes in Cōpedibus ponere, vel Victualia prohibere, Reos examinare, citare, Iuramenta exigere, cadauera recognoscere pro capiendis Indicijs, aut alios Actus Iurisdictionales facere præsūmpserit (a) supradicta censura illū innodatum declaramus.

(a) Cap. Decet de Imm. Eccl. in 6 Sperell decis. 51 n. 23.

Iudices Laici, Eorūq; Ministri, & Exequutores Carcerantes Ecclesiasticos, aut alias Personas nostræ Iurisdictioni subiectas sine expressa licentia in scriptis obtenta, vel captos

tos

tos in fraganti Crimine infra ſpatium viginti horarum ad Noſtram Curiam non remittentes, ſiue contra eos Proceſſus formantes expreſſo, vel ſuppreſſo titulo Clericatus ad finem trahendi illos ad forum Sęcularem, ipſo facto ſint Excomunicati. Pariter eamdem Excomunicationem incurrere decernimus trahentes ad forum Sęcularem Iudicialiter Perſonas Eccleſiaſticas Eccleſię ſeruitio mãcipatas, Noſtræ Curiæ Miniſtros, & Alios Noſtræ Iuriſdictioni tam de Iure, quàm de Conſuetudine ſubiectos pro Cauſis Ciuilibus, vel Criminalibus.

Si quis ex praua voluntate, & Diabolica perſuaſione inductus in Eccleſijs, eorumq; gradibus, Ianuis, Atrijs, alijſq; adiacentibus, & Pertinẽtijs in contemptum Sacrorum Locorum Proximum offenderit, & reliquerit, Auxilium, Conſilium, vel fauorem dederit (b) Ipſo facto ſit Excomunicatus, nec abſoluatur Nobis inconſultis, & poſtquam dictis Eccleſijs pro modo Culpæ ſatisfecerit.

(b) Cap. cum prò Cauſa de ſentent. Excom Sper. de ciſ. 13. n. 17.

DE SENTENTIA EXCOMVNICATIONIS

Caput XXVII.

Licet Excomunicationis gladius Neruus ſit Eccleſiaſticæ Diſciplinæ (a) Et ad continendos Populos valdè ſalutaris, tamen quia Medicinalis eſt, non mortalis, diſciplinans non eradicans, dummodo Is, in quem lata

(a) Trid. ſeſſ. de refor. cap. 3.

lata fuerit, non contemnat. Cautè prouideat Iudex Ecclesiasticus, vt in ea ferenda sobriè (b) magnaq; circumspectione se gerat vt videatur se prosequi quod corrigentis est, & Medentis: Experientia enim docet si temerè, aut leuibus ex causis incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potiùs parere, quàm salutem.

(b) Cap. p. de sent. Excom. in 6.

Monitoria ad finem reuelationis, & pro Rebus deperditis concedantur à Nostro Vicario Generali cum Clausula, dūmodo supplicantis intersit pro summa ducatorum decem, vel saltem octo, & in subsidium quando alia non potest haberi probatio; Verùm non concedantur si contineant Infamiam, aùt lis pendeat, & factæ sint Probationes, vel concernant factum proprium contra Testes nisi in factis antiquis ex præsumptione Obliuionis, vt seruatur in Romana Curia, ex Bulla B. Pij V. III. Decernimus tamen quod Monitoria prædicta non concedantur ad Instantiam Excomunicati publici Peccatoris, & similium.

Per dies octo ante, & post festum Paschatis, Resurrectionis, Natiuitatis Domini, & aliorum festorum solemnium Monitoria nō publicentur, nec illorum vigore procedatur ad fulminationem Excomunicationis. Reuelationes, si quæ fuerint, transmittantur clausæ, & sigillatæ in Nostra Curia, nec ostendātur Partibus, illarumq; Copiæ concedantur cum Clausula de illis vtendis in Ciuilibus

tan-

tantùm; aliàs nullam fidem faciant nec in Iudicio, nec extra. Iudices vero, & Partes secus facientes, sint Ipso Iure excomunicati, & Absolutionem Nobis reseruamus.

Excommunicati publicè declarati à Nostra Curia, qui per tres Menses non curauerint Absolutionem impetrare, singulis Dominicis diebus publicentur in Nostra Cathedrali per Subsacristam, & in Diœcesi per Parochos inter Missarum solemnia; Si prædicti hoc facere neglexerint, multentur pœna triũ ducatorum pro qualibet Vice. Vt autem Ignorantiæ causa prorsus tollatur, curent Actuarij, & Promothor Fiscalis Nostræ Curiæ Cedulones, vel eorum Copias affigi (a) in Valuis Parochialium Ecclesiarũ, sub quibus Excomunicati degunt, vt videant, erubescant, & absolui procurent. (a, Cap. Curæ 11. q. 3.

Et quia aliquando nonnulli proterui homines Excomunicati Diabolica suasione inducti, dum Sacrosanctum Missæ Sacrificium, & Diuina Officia peraguntur, Ecclesias introire petulanter audent, pręcipimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè precipiendo mandamus singulis Animarum Rectoribus, & Sacristis, vt dictos Excomunicatos ab Ecclesijs, in quibus Diuina celebrantur Officia, omnino expellant, & si exire recusauerint (b) aliam maiorem Excomunicationẽ incurrent, à qua non absoluantur, nisi solutis dictæ Ecclesiæ decem libris Ceræ albæ elaboratæ. (b) Cõc Prou Mediol. & cap qui iubẽte 11. q 3.

(c)Trid.seff. 25.de refor. cap.5. cap. Resecanda 24.q.3.

Si Excomunicati per Annum indurato animo insordescerint, eo elapso procedatur cōtra Eos tanquam de Hæresi suspectos, iuxta S.C.T. Decreta. (c)

DE REBVS ECCLESIÆ *NON ALIENANdis, vel Vsurpandis Caput XXVIII.*

(a(Extrauag. Ambitiosæ Paul.II de reb. Eccl.nō alien.

PAulus II. fæl. Record. sua peculiari Constitutione sanciuit non solum vt Bona Mobilia prætiosa, sed etiam Immobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & alia pia Loca teguntur, & illustrantur, eorūq; Ministri sibi Alimoniam parant, Non alienentur (a) Verum etiam omne pactum prohibuit, per quod eorum Dominium transfertur, vel Illa diminuuntur cum maximo Diuini Cultus detrimento.

Propterea quicumq; Bona prędicta Ecclesiastica quouis modo alienare, hypotecare, & distrahere præsumpserint sine Assensu Apostolico sciant summorum Pontificum Cēsuris esse irretitos, & Contractus esse nullos.

(b) Ead. Extrauag Ambitiosæ Clem VIII. in Bulla edita sub die 17. Decemb. 1599.

(b) eisdem Censuris, & pænis, nouerint se Innodatos Contrahentes, qui in Instrumentis apponunt Clausulam in dictis Alienationibus (reseruato Assensu Apostolico, nec aliter, nec alio modo) si interim Emptores Bonorum Ecclesiasticorum possessionem adepti fuerint, antequam dictum Assensum consequantur. Prædictas Censuras, & pænas pariter incurrunt Regulares ex Bulla Sanctæ

Me-

Memoriæ Vrbani VIII. sub die septima Septembris 1624.

Mandamus, & expressè prohibemus sub pęnis in eadem extrauagante contentis, Nullitatis Contractus, & Alijs pro Arbitrio vt Res exiguæ, & Modici valoris non alienentur absq; Nostræ Curiæ Decreto (c) constito de euidenti Vtilitate, vel necessitate Ecclesię; Et in hoc res modici valoris intelliguntur, quæ viginti quinque scuta aurea non excedunt, aut constituunt scuta triginta septem monetæ romanæ circiter. Ad euitandas verò fraudes, præcipimus, vt Fundus, vel Domus distrahenda non diuidatur. (c) Cap. Terrulas 12. q. 2

Procuratores, Rectores, & Administratores Ecclesiarum, Aliorumq; Piorum Locorū non locent Bona stabilia, nec eorum fructus vendant affinibus, vel Consanguineis intra secundum Gradum, sub pęna ducatorum decem pijs vsibus; Nec sibi Ipsis sub eadem pęna. Beneficiati de Iure Patronatus Laicorū nec minus locare audeant bona Beneficij Patronis absq; Nostra licentia in scriptis obtēta. In locandis Bonis stabilibus Ecclesiarū, Piorumq; Locorum, siue eorum fructibus, fiant subhastationes, & accendatur Candela, plusq; offerenti liberentur, & instrumento locationis in scriptis celebrando, describantur Confinia sub pæna ducatorum viginti quinq; Eisdem Ecclesijs applicādorū, & Nullitatis Contractus.

Si Capitalia Censualia Ecclesijs, vel alijs

pijs Locis debita per affrāchationem fuerint extinta, deponantur in Arca Depositi tribus Clauibus obserata adhunc finem constructa, constito priùs de securitate, & indemnitate Ecclesiæ sub eadem pęna ducatorum vigintiquinque pijs Vsibus &c.

Alienantes Bona, super quibus debentur Ecclesijs, & Locis pijs, Iura, Census, seruitutes, vel alij Redditus, si Onera in Alienatione non nominauerint, Excomunicationem latæ sententiæ Ipso facto incurrant. Notarij, Actuarij, Tabelliones tales Contractus celebrantes, qui de prædictis Oneribus contrahentes non interrogauerint, supradictæ Censuræ subiacent, à qua non absoluantur, nisi facta priùs dictorum onerum expressione.

Sciant Possessores Bonorum Ecclesiasticorum alienatorum, non ser. de Iure ser. in eamdem Censuram esse incursos, Propterea consulent propriam Consciētiam, & infra mensem post Publicationem harum Nostrarum Constitutionum, Bona restituant, si absolui desiderant. Prędicta scientes, & infra Mensem Nobis non reuelantes, maiorem Excomunicationem incurrant.

Si quis Clericus, siue Laicus quacumq; Dignitate pręfulgens occupauerit per se, vel per Alios vi, vel timore incusso quouis quæsito Colore Bona Ecclesiarum, Beneficiorū, aliorumq; Piorum Locorum, aut vsurpauerit, vel in proprios Vsus Conuerterit, siuè impediuerit eos, ad quos de Iure spectant, fru-

ctus

ctus percipere, sit Ipso facto Excomunicatus, alijsq; Penis innodatus, iuxta Decret. Sacror. Concilior. & præcipuè Sac. Conc. Trid. (a) (a)Trid sess. 22. de refor. cap. 11.

Parochi Omnes, cęteriq; Animarum Rectores infra sex menses conficiant Plateam omnium Bonorum, & Iurium suarum Ecclesiarum sub pęna ducatorum Vigintiquinq;

DE CONCVBINARIIS, ET MERETRICIBUS. Caput XXIX.

GRaue Peccatum est homines solutos Concubinas habere, grauius Vxoratos, & Clericos, grauissimum verò Sacerdotes, quare tanto malo opportunis remedijs prouidere cupientes, statuimus, vt contra Laicos Vtriusq; sexus tali morbo laborantes, si præuia trina monitione (b) non resipuerint, procedatur ad sententiam Excomunicationis à qua non absoluantur nisi reuera Nostris Mandatis obediuerint; Si verò post Censurã latam pertinaciter perseuerauerint, aggrauentur, & reaggrauentur. Mulieres verò Carceribus mancipentur (a) vel in Exilium mittantur, Inuocato etiam brachio sæculari quatenus opus.

(b)Trid sess. 24 de refor. matrimon. cap. 8.

(a)Sac. Cong Conc. 23. Iunij 1623. Triden sess. 25. de refor. cap. 3.

Si Clericos, vel in Sacris Constitutos Concubinarios, vel fornicarios esse constiterit, monitos, & non resipiscentes, non solùm pęnis à Sacris Canonibus indictis, sed pecuniarijs, & Corporalibus coercebimus (b)

(b)Trid sess. 25. de refor. cap. 24.

Et quia Apostolus monet publicè peccan-

tes, palàm esse corripiendos (c) Concubinarij, Meretrices, & Lenones publici ad Eucharisticam Mensam non admittantur, & à Sacro Altari expellantur, nisi publicè Pęnitentiam egerint, super quo Conscientiam Parochorum oneramus. Si Impęnitentes viam Vniuersæ Carnis ingressi fuerint, Ecclesiastica careant Sepultura.

(c) Thimoth. p. taq. ed illud 45. dist.

DE REGIMINE HOSPITALIS Caput XXX.

HOspitalia quæcumque siue ab Ecclesiasticis Personis, siue à Laicis regantur, & gubernentur, Nostræ Visitationi sint subiecta. Eorum Bona, & prouentus, siue Redditus, Personæ Ecclesiasticę tantum per Nos deputandę administrent, qui fructus, & Eleemosinas in alendis Miserabilibus Personis, & in supellectilibus necessarijs pro Infirmis, & Peregrinis impendant, dictaq; Supellectilia diligenter custodiant.

Procuratores, & Administratores conficiant Plateam, seu Inuentarium Bonorum Mobilium, & stabilium, habeant pariter Librum dati, & accepti, in quo fideliter describant Redditus, & Expēsas, & singulis Annis computa reddant Nobis, vel Nostro Vicario Generali, aut Rationali per Nos deputato.

In hospitali non recipiantur Infirmi, nisi habita fide Medici in scriptis, si commodè haberi poterit, quorum Bona Omnia diligen-

ligenter conferuentur. Mandamus Rectoribus, seu Gubernatoribus, vt non solum humanis auxilijs Eos adiuuent, sed ingrauescẽte Morbo, curent quàm citiùs refici Sacris Ecclesiæ Sacramẽtis,& Morti proximos pręcibus Ecclesiasticis vsq;ad Vitæ finem comitentur. In omnibus commendamus prædictis Rectoribus, vt Ægrotis,& Peregrinis debita prębeant auxilia pro modo facultatum, & ea, qua decet,Charitate Omnia peragant.

Librum detineant,in quo adnotent Nomina, Cognomina, & Patriam Peregrinorum Defunctorum, necnon Ecclesiam,in qua fuerint sepulti; Si fieri potest,Mors denuncietur Coniunctis,& si aliquod dispofuerint,exactè eorum Voluntas adimpleatur.

DE LEGATIS PIIS EORVMQ. Exequutionibus Caput XXXI.

PAstoralis Officij munus expostulat, vt in eam præcipuè Curam incumbamus,quę ad fidelium legata celeriter adimplenda, & debitæ exequutioni demãdanda Nos esse Vigiles impellit. Mandamus propterea Omnibus, & singulis Tabellionibus, & Notarijs Laicis, alijsq;Personis tam publicis, quàm priuatis sub pęna Excomunicationis, Ecclesiasticis verò sub pęna ducatorum duodecim alijsq; arbitrio,qui stipulauerint,aut in scriptis redegerint Instrumenta, Testamenta, & Donationes inter Viuos, vel causa Mortis,

Le-

Legata ad pias Causas, seu ad fauorem Ecclesiarum, Piorum Locorum, vel Miserabilium Personarum, quatenus infra mensem post obitum Disponentium ea denuncient Nobis, vel Nostro Generali Vicario in Ciuitate, In Diœcesi vero Nostris Vicarijs Foraneis, vel Parochis, qui sub pœnis Nobis beneuisis pecuniarijs, vel corporalibus infrà quĩdecim dierum spatium Nos, vel Nostrũ Generalem Vicarium certiorent, & Illa transmittent.

Si Hęredes, & Defunctorum successores legata, & pias dispositiones infra tempus à Testatore statutum adimplere neglexerint modo præscripto, à Nobis etiam per Censuras Ecclesiasticas compellentur ex facultate Nobis tributa (a) à Sacr. Conc. Trid.

(a) *Trid. sess. 22. de refor. cap. 8.*

Prædictæ piæ Dispositiones, & legata non commutentur etiam in melius, nisi Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Nostra prius obtenta licentia in scriptis. Si verò propter aliquod impedimentum exequutio reddatur tardior vel difficilior, hęredes, vel qui adimplere tenentur, Nos consulant, vt illicò prouidere possimus, ne Animæ in Purgatorio existentes in illis flammis crucientur, dilatata exequutione.

Curati, & Animarum Rectores Omnes in Libro Defunctorum, vel in alio ad hoc destinato diligenter describant legata pia, & in Locis, in quibus non adsunt Notarij vice eorum fungantur in conficiendis scripturis dicta-

ctarum piarum Dispositionum, & Legatorũ, necnon vltimarum Voluntatum, & Electionis Sepulturæ. Aduertant tamen, vt quoties relinquuntur legata sibi Ipsis, vel proprijs Ecclesijs, adsint quinque Testes, quorum duo si sciunt, se subscribant, aliàs fidem non faciant, & legata prædicta sint irrita, & nulla.

DE FACVLTATE EXIGENDI IVS ab Intestato decedentium.

Caput XXXII.

VEtustam, & piam Consuetudinem in hac Nostra Diœcesi vsu receptam disponendi per Episcopum de aliqua parte Bonorum Morientium ab Intestato pro Illorum Anima, quam pluries Sac. Congreg. Episcoporum approbauit, omninò seruari mandamus. Igitur cum quis ab Intestato mori cõtigerit, non electa Sepultura, & nulla facta pia Dispositione pro Anima, eo casu seruetur Omninó Constitutio fœlicis memoriæ Innocentij XI. & literæ Circulares Sac. Congregationi sub die 19. Augusti 1678.

Quantitas per Episcopum taxata applicetur pro suffragio Defuncti, in Celebratione Missarum, vel in alijs Operibus pijs: In Determinatione veró entitatis habeatur Ratio ad Conditionem Defunctorum, & ad Vires hæreditatis.

Si Hæredes, alijq; Successores pro exequutione

tione dictæ piæ Dispositionis contradixerint, vel Bona hæreditaria occupauerint, cõpellantur per Censuras præcedente Citatione etiam per Edictum, & non retardetur humatio Cadaueris, sed statim illud tradatur Ecclesiasticæ Sepulturæ.

DE EXEQVIIS, FVNERVM RITIBVS, & sepulturis
Caput XXXIII.

Ritus, & Cerimoniæ quibus Sancta Mater Ecclesia vtitur in tumulandis Defunctorum Corporibus, ea deuotione, & modestia expleri debent, vt ad Animarum Salutem, & Pietatem non ad quæstum institutę videantur; Ideo vt quid cauendũ, & quid obseruandum sit in funeribus, & Exequijs omnibus innotescat, infrascripta statuenda curauimus.

Licet humanitatis sit super Mortuos flere, excessiui tamen fletus cum strepitu, & Eiulatu Gentilium mores sapiunt, propterea prohibemus sub Excomunicationis pœna Omnibus Christi fidelibus, ne in Parentum, & Coniunctorum obitu superuacaneos, & immoderatos Gemitus adhibeant, A Capillorum, (a) & Genarum dilaniatione se abstineant, & ad Mortuos deplorandos Lamentatricibus non vtantur.

Cadauera ante solis ortum, vel post Illius Occasum, ad Ecclesiam deferti, & sepeliri prohibemus absq; Nostra, vel Nostri Generalis

(a) Sac. Congreg. Episcopor. 20. Aprilis 1587 Nicol. in flosc. v. sepultura n. 19.

ralis Vicarij licentia. In omnibus Ecclesijs Nostræ Diœcesis adsit Sepulchrum specialiter constructum pro Ecclesiasticis, & in quibus deest, construatur; qui sepeliantur cũ Paramentis suo Ordini Conuenientibus.

Paruuli habeant Sepulcrum ab alijs distinctum, & in Parochijs, in quibus deest conficiatur, (a) permittimus tamen, vt tumulentur in Sepulcro suorum Maiorum.

Electio Sepulturæ fiat ab Infirmis ore proprio. (b) Parochi, ceteriq; Ecclesiastici tàm Seculares, quàm Regulares non alliciant Infirmos ad eligendam Sepulturam in suis Ecclesijs, vel admurandã electam, si contra fecerint, excomunicationem latæ sententiæ Sedi Apostolicæ reseruatam, (c) sciant incurrere. Si Parochi nouerint Cadauera efferri in alia Ecclesia, & Sepultura sepelienda quàm in ea, quæ à Defuncto adhuc viuente fuit electa, non intersint Exequijs sub pęna suspensionis.

(a) Sac. Rit. Congr. 11. Decembris. 1620. & Sac Congr. Ep. 21. Octobris 1616.

(b) Cap. 15. §. fin. de Sepult. in 6. cap. cum sit lib. eod. tit.

(c) Clem. Cupientes § fin. de pęn.

Qui non electa Sepultura fato cedunt, tumulentur in sepulcro suorum Maiorum, si verò Maiores illud non habent, sepeliantur in propria Parochia. Si Vxor decedat sepultura non electa, sepeliatur in Sepulchro Viri, & vltimi si plures habuit.

Cadauera Laicorum non sepeliantur in Sepulchro propè Altare, (d) & si aliquod ibi fuerit tumulatũ, transferatur in Aliud eiusdem Ecclesiæ.

(d) Sac. Congreg. Episc. 1603.

Ecclesiastici Omnes pro Coniunctis De-

functis cuiuscumq; Gradus, non deponant Collare, aliaq; Eccles. insignia sub pena Excomunicationis ad dignoscēdam eorū Grauitatem, & Animi Moderationem.

Pro Funeribus, & pulsatione Campanarū in omnibus Ecclesijs non augeantur stipendia, etiam pro Exteris, sed exigantur solita iuxtà vetustam consuetudinem quam omnino seruari præcipimus. Parochis pro stola in associandis Defunctis siue Adultis, siue Paruulis, soluatur tarenum vnum monetæ huius Regni attenta tenuitate Reddituum Parochialium Nostræ Diœcesis, & ita in futurum obseruari mandamus.

Pro Pauperibus, & miserabilibus Defunctis Curati nihil exigant, sed eorum Cadauera gratis tradantur sepulturæ etiam quo ad Ius sepulchri (a)

(a) Sac. Congr. 5. Maij 1618.

In associandis Sacerdotibus Defunctis, eorumq; Patre, & Matre, & in Officijs intersint Omnes Ecclesiastici gratis sub pœna Carolenorum trium.

Cadauera Mortuorum non efferantur sepelienda in quibusuis Ecclesijs irrequisito Parocho proprio, qui Stola, & Pluuiali indutus precedat Omnibus Ecclesiasticis, & Officium faciat super Corpore. Si verò Defunctus in alijs Ecclesijs Regularium sepeliendus erit, Officium fiat à Parocho, vel à Regularibus (b) Cadauer verò semper associetur à proprio Parocho, & Clero, si adest, vsq; ad dictam Ecclesiam.

(b) Sac. Rit. Congreg. 10 Sept. 603. & 29. Nou. 2932.

Quar-

Quarta funeralis Nostrę Cathedrali, & Parochijs debita, cum Defunctus alibi sepelitur, exigatur prout Iura decernunt, & Locorum Consuetudo, quæ corruptelam nõ sapiat, obseruat; & ita inuiolabiliter obseruari mandamus.

Defuncti non sepeliantur ante sex horas, Si vero morte repentina obierint, (a) post horas viginti quatuor adhibito Medicorum Consilio. *(a) Sac. Congr. 20. Febr. 1601. Nicol flosc. v. Cadauera n. p.*

Corpora Ecclesiasticorum tumulanda deferantur ab Ecclesiasticis, Canonici nempe à Canonicis, Sacerdotes à Sacerdotibus, & sic de singulis, Missaq; cantetur á Canonico, vel simplici Sacerdote respectiuè.

Ordo Charitatis exposcit, vt sicut Pręlati viuentes inuigilent pro Spirituali salute Gregis sibi commissi, ita Subditi post illius Obitum pro eius Anima preces ad Deum effundere debeant. Ideo benignè in Domino hortamur Omnes Ecclesiasticos tam huius Ciuitatis, quàm totius Nostræ Dięcesis, vt quotannis celebrent Missam Anniuersariam pro proximè Defuncto Episcopo, & infrà nouem dies Obitus Missam dicant pro Eo, vel saltem faciant Collectam, & prima die post Commemorationem Omnium Defunctorum pariter celebrent Missam Solemnem pro Omnibus Episcopis, Sacerdotibus, & Clericis Defunctis Nostræ Diœcesis.

Approbamus, Confirmamus, & inuiolabiliter obseruari mandamus piam Consue-

tudinem qua singuli Sacerdotes Missas celebrare Consueuerunt pro Anima Sacerdotis Defuncti.

In festis duplicibus, Dominicisq; diebus nullus Sacerdos celebret Missam de Requie pro Defunctis, nisi presente Corpore, vel pro adimplenda voluntate Testatoris, (b) excepto tamen die Pascatis Resurrectionis. In alijs verò prædictis diebus festiuis presente Corpore, vel pro satisfacienda voluntate Testatoris Missa tantum solemnis de Requie dici potest, non verò Missæ priuatæ, & ita intelligendum est Decretum Sac. Congregationis, vt eadem declarauit.

(b) *Sac. Rit. Congr. 23. Maij 1607.*

DE CONFRATERNITATIBVS LAYCOrum, & Congregationibus

Caput XXXIV.

Sodalitates, & Congregationes Nostræ Diœcesis habeant sua Insignia distincta Illisq; vtantur in Processionibus, alijsq; functionibus Ecclesiasticis, nec ea commutare, vel noua assumere valeant sub penis Nobis benè visis, quibus subiacere decernimus, si dimissis antiquis, vti ausi fuerint nouis Constitutionibus, & non approbatis.

Officiales Illarum scilicet Priores, Rectores, vel quocumq; nomine nuncupentur, infra mensem post presentium publicationem exhibeant Nobis, vel Nostro Generali Vicari

ocari

cario Librum Statutorum, & Constitutionũ, vt Illas recognoscere possimus, & quas approbandas, quas corrigendas esse decernamus. Nec erigantur in Nostra Diœcesi nouæ Confraternitates absq; Nostra licentia, & Decreto, (a) Nec in Ecclesijs Regularium cũ vsu Saccorum (b) sub pęna Excomunicationis.

Quolibet Anno in die festo illius Sancti, sub cuius Auspicijs Confraternitas est erecta, Priores, Rectores, & cæteri Ministri, nec non Fratres congregentur ad sonum Campanæ in propria Ecclesia, & eligant nouos Officiales de Gremio iuxta Eorum instituta, & Decretum Sac. Congregationis, (c) Electio vero non fiat nisi Nob.s, vel Nostro Vicario certioratis, vt Ille, vel Alius Deputatus assistat ad recipienda Suffragia (a) si aliter Electio fiat irrita sit, & nulla.

Eodem die eligantur Procuratores, qui singulis annis Nobis, vel Nostro Generali Vicario reddant computa eorum Administrationis tam de redditibus, quàm de eleemosinis iuxta Decreta Sac. Conc. Trid. & Sac. Congreg. (b) Prædecessores Consignent Libros, aliasq; Scripturas successoribus.

Coucubinarij, Vsurarij, Blasphęmi, Infames, & facinorosi non eligantur Confratres, nec qui fidei rudimenta ignorant, sed probatæ Vitæ, & Famæ, habeatur quoque ratio ætatis, & Conditionis.

Cappellanus non cligatur, nisi præuia No-

(a) Sac. Congreg. 7. Octobr. 1613.

(b) Bull. Clẽ VIII. edita 24. Decemb. 1604. Sacr. Congr. die 6 Decẽ. 1616.

(c) Sac. Congr. 18. Iulij 1549. Relat. à Gau. in mã v. Confrat. n. 10.

(a) Nicol. in flos. v. Confratern. cap. n. 7.

(b) Trid. sess. 22. de refor. cap. 9. Sacr. Congregat. 7. Aprilis 1622.

Nostra, vel Nostri Generalis Vicarij approbatione in scriptis obtenta.

In Ecclesijs Confraternitatum Missæ, & Officia Diuina celebrentur ea hora, in qua nō impediantur preces horariæ, & Conciones in Parochialibus.

Confraternitates antiquæ, & priùs Confirmatæ precedāt recentioribus, & posterioribus in Processionibus, alijsq; functionibus Ecclesiasticis, in quibus modestè, deuotè, & ordinatim incedant.

Insuper Confirmamus alia Decreta emanata à Prædecessore Nostro Cæsonio quæ omninò seruari mandamus, quatenus Nostris non refragentur sub pœnis in Eis Contentis.

DE MONIALIBVS.

Caput XXXV.

SAnctimoniales Christo desponsatæ, quæ à seculi fastu se abdicauerunt, & spontanea voluntate Deo Virginitatē deuouerunt, tunc Vota sua reddunt Sponso in Sanctitate, & Iustitia, cum non solùm Animi, sed etiam Corporis Candore, & puritate perfulgent, quod vt faciliús agere possint, curent seruare Regulas sui Ordinis, Decreta Sac. Conc. Trid. & Summorū Pontificum Constitutiones circa Clausuram.

Feria igitur quarta, vel sexta in singulis qua-

quatuor Annni Temporibus Abbatissa, vel alia ab Ea deputata, Congregatis Omnibus Monialibus alta, & intelligibili voce Italo Idiomate, hora, & loco Congruis legat Bullam B. Pij V. circa Clausuram, & Bullam Clementis VIII. de largitione munerum. Singulis quoque diebus recitetur Caput Vnum Regularum Ordinis, quibus expletis denuò inchoentur, & quæ in his sunt ordinata, obseruari sedulo curent. Si secus fecerit punietur Abbatissa arbitrio nostro.

Monasteriorum Clausuram inuiolabiliter custodiri legibus Pontificijs sancitum est (a) Illam igitur ingredi pręsumentes etiã Confessarijs, & Medici in casu necessitatis sine nostra, vel Nostri Vicarij Gener. aut Vicarij Monasterij per Nos deputati licẽtia in scriptis obtenta, Excomunicationem Nobis reseruatam Ipso facto incurrant, & ex nunc pro tunc Illos incurrisse declaramus, quam etiã incurrere decernimus Moniales Illos ingredi permittentes. Si Ecclesiastici hoc facere ausi fuerint, ab Ordinum exercitio sint suspensi, & Beneficio, si quod habent, ipso facto priuati.

(a) Bon. VIII in cap. Periculoso de Vtat. Regul. in 6. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5 Pius V. in Bull incip. Circa Pastoralis & Gregor. XIII. in Bull. incip. Deo Sacris

In Casibus de Iure permissis licentia non concedatur, nisi his conditionibus, nempe dato signo Campanulæ Moniales secretò se contineant, & duæ ex Assistentibus senioribus per Abbatissam electę simul cum Illa, ea, qua decet veneratione, capite, & manibus longo velo opertis, Oculis ad Terram demissis

missis ingredientes recipiant, & vsq; ad exitum comitentur.

(a) Ex Decr. Clem. VIII. edito de An. 1601.

Ingredientes septa Monasterij ad prauum finem (a) & ad aliquid contra Castitatem agendum, excomunicationem Summo Pontifici reseruatam sciant incurrere, qua ligantur pariter Abbatissa, & Aliæ Moniales ingredi permittentes.

Nemo siue Laicus, siue Ecclesiasticus cuiusuis Conditionis existat, accedere audeat ad Collocutoria, Crates, Rotas, vel alibi, vt cum monialibus, Nouitijs, Puellis educandis, vel famulis loquatur sine Nostra, aut Nostri Generalis Vicarij licentia, vel Vicarij Monasterij sub pœna Excomunicationis latę sententiæ Nobis reseruatæ, exceptis tamen Consanguineis, & Affinibus in primo Gradu, Auunculis, & Nepotibus, quibus sine licentia cum Monialibus sibi in dicto gradu Coniunctis, loqui indulgemus. Clerici veró sine licentia cum Monialibus loquentes, præter dictam sententiam Excomunicationis, pęnis pro Arbitrio, etiam Carceris punientur.

Eadem Excomunicationis pęna innodentur Moniales, quæ sine licentia quemlibet ad loquendum admiserint, vel cum Eo locutæ fuerint; Insuper per mensem ad Collocutorium non accedant, & per Abbatissam publica, & salutari pęnitentia coerceantur. Si verò Abbatissa hoc facere neglexerit, Nostrā Animaduersionem non effugiet.

Mittentes Monialibus Epistolas, schedu-

las

las, vel cuiusuis generis litteras, siue internuncia de Rebus obscenis, in prædictam Excomunicationem incursos declaramus, prout etiam recipientes, & legentes, Nuncios, Mediarores, & Delatores cuiuscumq; ætatis, & sexus. Moniales non scribant litteras, nec recipiant ad eas Missas, nisi Abbatissa, aut Confessario Monasterij sub eadem pęna Excomunicationis.

Qui obtinuerint licentiam loquendi cum Monialibus, non omni tempore, sed horis congruis ea vtantur, nec loquantur à Porta Clausuræ, vel loco Confessionis, & Communionis, sed in Locutorijs Ordinarijs, nam ita, & non aliter licentiam fuisse concessam declaramus.

Nulla Monialis, vel Conuersa, dona, munera, pecuniam, aut aliquid aliud etiam Charitatis, & Eleemosinæ nomine, siue intuitu cuiuscumq; Personæ tribuat, donet, aut largiatur; Si veró aliquid Modicum dandũ visũ fuerit, ex iusta, & rationabili causa, id fiat habita Abbatissæ Venia.

Puellæ ad Sacrum Virginis habitum, & numerum Nouitiarum non admittantur, nisi seruata forma Sac. Conc. Trid, & Sac. Cong. Decretorum (a) Nempe post expletum duodecimum ætatis annum (b) Et explorata diligenter eius voluntate à Nobis, vel à Nostro Vicario Generali, necnon præuio Decreto Nostræ Curiæ pro dote assignanda, quæ in Pecunia numerata consistat, (a) & deponatur

(a) Trid. sess. 25. de Regul cap. 17.
(b) Sac. Cõgr. An. 1692. apud Gauan. & Monial. recep. n. 20.

(a)Sac.Congr.22. e téb 1645.13.April.1646. tur penes tutam Personam Ecclesiasticam(b) Puellæ non Consanguineam, vel Affinem (c) à Nobis deputandam, & dum imminet Professio emittenda, pecunia consignetur Procuratori Monasterij, vel alij Personæ Nobis benè visæ, vt ea emissa deponatur in Arca Depositi Monasterij, vt inuestiatur in tot Bonis stabilibus, vel annuis Redditibus, qui ascendant ad summã, quę requiritur pro Dote cuiuscumq; Monialis, per Nos taxanda, iuxta Decreta Sac. Congr. Durante veró tempore Nouitiatus Parentes, Consanguinei, vel illi, sub quorum cura Puella est, prębeant ei Alimenta (d)

(b)Sac.Congr.11.Maij 1546.

(c)Sac.Congr.6.Iunij. 1623.

(d)Trid.sess. 25.de Regul. cap-16.

Nouitiæ non recipiantur in Monasterio, nisi, Congregato Capitulo Monialium, ita fuerit conclusum per Vota secreta, Resolutio verò, & acceptatio scribantur in Libro Monasterij.

(e)Sac.Congr.13.Iulij. 3518.Nicol in flos.v.Magistra n.11.

Magistra Nouitiarum, non Alia, (e) erudiat Nouitias documenta Regularis Disciplinæ, & ad legendas, & ordinandas horas Canonicas.

(f)Trid.Sess. 25 de Regul. cap 15.

Nouitiæ non admittantur ad professionẽ, nisi expleto Anno decimo sexto, (f) aliàs Professio sit nulla; Insuper postquam à Nobis, vel Nostro Generali Vicario, earum fuerit explorata voluntas, an Professionem liberè petant, an timore Coactæ, vel seductæ, & intelligant quid agunt in Professione. (g)

(g)Nicol in Lucubr.tom.

Emissa professione, Nouitiæ exarceantur per Annum integrum sub Regimine eiusdem

Ma-

Magiſtræ (h) His peractis nullo exiſtente impedimento, habitis votis maioris Partis Monialium, Nouitia admittatur ad Profeſſionem ſer. ſer. 2.lib.3 tit. p.n 22. (q) Sac. Cõgr. 19. Apr. 1624.

Abbatiſſæ Munus per triennium duret ex Bulla Gregorij XIII. ceteręverò Miniſtræ ante dictum Tempus eligi poſſunt.

Regulares non loquantur cum Monialibus ſibi Coniunctis in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis ſine noſtra licentia, quę non concedatur, niſi ſeruata forma Decreti Sacr. Congreg. editi Kalendis Decemb. 1623. mandante Vrbano VIII.

Decretis Sac. Congreg. Concilij, & ſuper Regulares inherentes, mandamus in Monaſterijs Monialium Seruari inuiolabiliter cõmunitatem.

Intra Monialium ſepta prohibemus Ingreſſum Pueris, & Puellis etiam in minima ætate Conſtitutis (a) Si Moniales contrafecerint, pęnas, & Cenſuras violatæ Clauſuræ incurrant (b) Nec nutriantur Animalia ſub pęna Excomunicationis exceptis ijs, quæ ad communem Neceſſitatem, & commodum deſeruiunt. (a) Sac. Congr. 12. Febr. 1585. (b) Sac Congr. 12. Iun. 1550.

Inſtrumenta Muſica ſonus, & profanæ Cantilenæ in Clauſura nõ admittantur. Moniales verò non accedant ad feneſtras data opera ad audiendos Sonus, vel Cantus ſub pęna Excomunicationis latæ ſententiæ, quã incurrere ſtatuimus canentes, vel Inſtrumenta Muſica pulſantes propè Monaſterium.

DE FORO IVDICIALI, EIVSQ; *Officialibus, & Ministris.*

CAPVT XXXVI.

IVris Naturalis præceptum est Ius suum Vnicuiq; tribuere, quod tunc adimpleri dignoscitur, quando Iudices à recto Iustitiæ tramite non recedunt, sed Omnibus indifferenter se prębent, & æqua lance Iustitiam ministrant. Et licet Iustitia in Omnibus Curijs commendetur, In foro tamen Ecclesiastico ea puritate fulgere debet, vt Laicorũ Tribunalia exemplum habeanr, quod imitẽtur.

At quia Ecclesiasticos à Laicis iudicari nõ decet, decernimus, & hac nostra Synodali lege sancimus, Apostolicis Constitutionibus inherentes (a) vt Noster Vicarius Generalis, & Promotor Fiscalis Sacris saltem Ordinibus sint insigniti, Et priusquam Officium exercere incipianr, in manibus Nostris Iuramentum prę̃stẽt, & fidei professionem emittant.

(a) Bull Clemen. VIII. incip. Eccl. Ordin. & Bull. Vrb. VIII in cip. decet Romanum Pontificem.

Causæ Omnes tàm Ordinariæ, quam summariæ debitis terminis, ea qua potest celeritate expediantur ad euitandas Partium Expensas, & Incommoda (b) Causa verò mercedis, salarij, & miserabilium Personarum terminentur absq; strepitu, & figura Iudicij sola facti Veritate inspecta, (c) quæ verò sũma triginta Carolenorum non excedunt, ex-

(b) Crp finẽ litib. & cap fin. de Dolo, & Contum. (c) §. sit sibi quoq; autb. de mandat. Princ.

pe-

pediantur Oretenũs, Partibus tamen auditis.

A ſententijs Diffinitiuis non excedentibus ſummam ducatorum quinquaginta monetæ huius Regni, nõ admittatur Appellatio ſuſpenſiua, ſed ſententia debitæ exequutioni demandetur, præſtita tamen per Victorem fideiuſſione de reſtituendis Bonis in Caſu retractationis.

Frangentes Carceres Epiſcopales, etiam fuga non ſequuta, ſed tantùm attentata pęna ducatorum Vigintiquinque, & Strictioris Carceris multentur, vltrà pęnam Delicti principalis.

DE NOSTRO VICARIO GENERALI.

CAPVT XXXVII.

Licet Noſter Vicarius Generalis ſit principalis Miniſter Noſtræ Curiæ, & Nobiſcum in tota Diœceſi vnum, & Idem Tribunal efficiat, tamen in Cauſis, quæ ſpeciale requirunt mandatum, Illud habeat, niſi aliter in literis Patentibus fuerit expreſſum.

Eius præcipuũ Munus erit, vt Iuriſdictionis, & Immunitatis Eccleſiaſticæ defenſio (a) integerrimè conſeruetur. In Cauſis decidendis Acceptionem Perſonarum non habeat, nec Odio, Amore, vel fauore ſe moueat, ſed rectè Iudicet iuxta dictum Propheticum, ſi verè vtique Iuſtitiam loquimini, recta iudicate filij hominum (b).

(a) Nicol. in flos v. Vicarius ingen.

(b) Pſal. 58.

In

(c) Cap. Prę- sertim in 2. vers. Testes de Testibus, & Attestat. in 6.

(d) Cap p. de Pęnit & remiss. Cap. si peccau. 2. q. p (a (Cap. licere vbi Glos. & cap. licet 45. dist.

In Causis grauioribus, Beneficialibus, & Matrimonialibus, Testes coram Eo (c) diligenter examinentur per Actuarium.

In Capiendis Informationibus contra Ecclesiasticos pro graui delicto, præsertim incontinentiæ prudenter se gerat, & secretè (d) Itaut Omne Scandalum, & Infamia euitetur.

Captura eorum qui ad Sacros Ordines sunt promoti, non decernatur ad solam Partis Instantiã (a) sed pręcedente semiplena probatione, vel saltem vehementi pręsumptione, Captura verò fiat modestè, & decenter, ne honori Ecclesiastici Ordinis iniuria inferatur, sedulo incumbat, ne quis simul Accusator, & Testis sit.

Tandem semel in mense, Visitet Archiuiũ Nostræ Curię, & pręcipuè inuigilet, vt Actuarij obseruent ad vnguem Taxam in exigendis Emolumentis. Quæ omnia sub pęna priuationis Officij seruari mandamus.

DE PROMOTORE FISCALI, seu Fisci Patrono.

CAPVT XXXVIII.

Et si in Omnibus Ministris Nostræ Curiæ fidelitas, & Diligentia desideretur, in Promotore verò Fiscali illam illibatam optamus. Eius munus erit Iura Fisci defendere, Delinquentes diligenter inquirere, & persequi,

ſequi, ne delicta remaneant impunita. Ea ſit præditus vigilantia, & integritate, quæ ad hunc Officium requiruntur.

Caueat ne ſordibus Auaritiæ ſit fædatus, ſolitis emolumentis ſit contentus, nè muneribus, ſiue aliquo reſpectu, vel fauore ſeductus, & motus Crimina Nobis, vel Noſtro Generali Vicario non denunciet; Curet pariter ne ſatellites Inquiſitos opprimant, vel ab Eis præter id quod iuſtum eſt, aliquid extorqueant.

Inſuper ſtatuimus Citationes ita afficere, ſi perſonaliter fuerint notificatæ, vel Domi ſolitæ habitationis, vel per Affixionem in Caſibus de Iure permiſſis. Acta omnia fiant in Banca, aliàs nulla ſint, & pro infectis habeantur, niſi per Actuariū fuerint ſubſcripta cum die, menſe, Anno, & nomine Inſtantis.

DE ACTORVM MAGISTRO

CAPVT XXXIX.

Actorum Magiſtri imperiti, & praui Seminarium ſunt multorum damnorum, & litium; Ideo vt tanto malo occurramus, decernimus vt Actuarij Noſtræ Curiæ ante inceptum Officium Iuramentum preſtent de eo fideliter exercendo, & inuiolabiliter obſeruando Taxam fori Noſtri Eccleſiaſtici à Noſtris Prædeceſſoribus Confectam, quam Nos renouandam curauimus, in Temporalibus

libus, & Taxam Innocentianam in Spiritualibus, quas appensas in Nostra Cancellaria continuò esse mandamus, & vltra taxatum in Eis nihil recipiant; Si aliter exegerint, ad restitutionem cogētur, Officio priuabuntur, & alijs pęnis pro Arbitrio punientur.

Demane, & post prandium hora congrua ad Curiam accedāt, & Scripturas, Processus, aliaque documenta in Actis exhibita, tam publica, quàm priuata, aut ad Curiam spectantia, benè Custodiant, Clauso Archiuio, scientes quod de his Omnibus rationem sunt reddituri.

Cum Testes examinabunt pro quacumq; Causa, Illos moneant de Viribus Iuramenti, & Periurij, quod etiam obseruent Delegati, & Vicarij Foranei Dięcesis.

Habeant tres libros distinctos in quorum primo describant Inquisitos cum Nominibus, & Cognominibus, Titulū Inquisitionū, dies, menses, & Annos, Nomina Accusatoris, si adest, vel Instantiam Fisci, & cum causæ fuerint expeditæ, adnotent in Marginibus.

In secundo registrent Approbationes, licentias, & Confirmationes Confessorum, Patentes Prędicatorum, & Seruientium, seu Ministrorum Nostræ Curiæ, nec non licentias pro Eremitis, Questoribus Ecclesiarum, vel aliorum Locorum cum expressione diei, Cōcessionis, & Temporis quo erunt duraturæ.

In tertio adnotent Ordinatos cum Nominibus,

nibus, Cognominibus, & Patria, die, mense, Anno, & Ordinibus susceptis, & de cuius Ordinarij licētia, si sunt Exteri, vel Breue Apostolicum, si fuerint promoti extra Tempora.

Sedulo incumbant, ne dum scribūt, vel recipiunt scripturas, eas mutilent, vel varient, & integré excipiant Testium Depositiones tam in defensam, quàm in offensam Rei, vel Fisci, & fideliter scribant. Secreta Officij, & Causarum nemini pandant sub pęna priuationis Officij, & alijs pro arbitrio infligēdis.

DE OFFICIO VICARII FORANEI

CAPVT XXXX.

IVrisdictio Vicariorum Foraneorum est limitata; Ideo illam exercere debent iuxtà facultatem in Eorum Commissionibus concessam.

Non se ingerant in Causis Ciuilibus, quæ summam duorum ducatorum monetæ huius Regni excedūt, & illas decidant summariè, si hoc à Nobis fuerit eis specialiter demandatum, & non aliter. Non se intromittant in cognoscendis Causis Criminalibus, quarum cognitionem ad Nostram curiā tantum reseruamus. Si verò agatur de graui delicto, in cuius Inquisitione requiritur maior diligentia, Illico, nullaq; mora interposita, Nos certiorent, Nostraq; mandata expectent,

 & in-

& interim Capiant Probationes de Corpore delicti, & accuratè inuigilent pro captura Reorum.

Pro Criminibus leuibus statim capiant Informationes, & transmittant in hāc Nostram Curiā; Denuncient etiam Omnes excessus Ecclesiasticorum in eorum ditione Commorantium, Transgressores festorum, Turbantes, & Violantes Iurisdictionem, Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, inferentes damnum Bonis Nostræ Mensæ Episcopalis, vel turbantes, aut occupantes Iura eiusdem; In Locis verò, in quibus non sunt deputati Vicarij Foranei, hoc munus erit Parochorū. Si in præmissis Omnibus, & Singulis tam dicti Vicarij Foranei, quàm Parochi fuerint negligentes, pęna ducatorum vigintiquinq; multentur.

Ad dirimendas Controuersias quæ aliquādo oriuntur circa præcedentiam, statuimus, vt Vicarij Foranei in Choro, Processionibus, alijsq; functionibus Ecclesiasticis Digniorem locum obtineant post Archipresbyterum, & Parochum: & in Congregationibus, quæ fiūt de Ordine Nostro, in quibus faciendis dictos Vicarios Foraneos Delegatos Constituimus, Omnibus præcedere decernimus.

DE

DE VSVRIS

Caput XXXXI.

QVia in Omnibus ferè Locis ita Vsurarũ Crimen inualuit, vt multi quasi licitè eas exerceant, quando ex Vtriusq; Testamẽti Pagina, Sacris Canonibus, & Summorum Pontificum Constitutionibus sunt damnatæ; Ideó vt à Nostra Diœcesi hoc detestabile facinus, protinus arceatur, hac Nostra Synod. Sanctione Sancimus, vt nemini liceat aliquid vltra sortem recipere ex pecunia mutuo data, quidquid enim vltra recipitur, Vsura est.

Ratione Damni emergentis, tunc mutuãs potest aliquid vltra sortem recipere, quando à principio Illud in pactum fuit deductum, & ad mensuram damni, quod in Rei veritate, euenit, & Creditor euitare non potuit (a) Ratione verò lucri Cessantis, tunc Mutuans aliquid vltra sortem recipere potest, si concurrant requisita Pauli de Castro (b)

Tandẽ diligenter aduertant Omnes Christi fideles quatenus de Commissis per Eos super hac materia consulant Viros peritos, & timoratæ Cõsciẽtiæ, & in negotiationibus obseruent ea, quæ Canonistæ, & Summistæ decernunt, & signanter quæ ordinata fuere in Constitutionibus B. Pij V. incipien. Cum onus: edita 14. Kal. Febr. 1569. & in alia incipien. In eam edit. 7. Febr. 1571. si contra

(a) *Bon. de Vsur. q. 3 p. 4. n. 2 & seq*

(b) *In l. 3. ff. de Eo quod cert. loc. & temp. Bon. loc. & n. cit.*

fe-

fecerint, sciant ad restitutionem teneri, & Diuinam Vltionem non effugere, & à Nobis pęnis pro Arbitrio infligendis, fore multandos.

DE SVPERSTITIONIBVS, MALEFICIIS, & Aliјs huiusmodi.

Caput XXXXII.

(a) Leuit. cap. 11.

SI Grex Nobis commissus non seruetur mundus à mortifera omni labe, certè qui tetigerit morticinia Eorum, polluetur (a) cumq; nullus maior morbus hominum salutem iedere possit, quam pestifera lues maleficiorum, sortilegiorum, incantationum, & aliarum huius generis superstitionum; Ideo nostro Pastorali muneri incumbit dictũ Gregem Incolumem à prædicto morbo seruare.

Propterea pręcipimus, & in Virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus Omnibus Christi fidelibus Vtriusq; Sexus, vt non solum ab his penitus se abstineant, nec fidem prębeant sub pęna Excomunicationis Nobis reseruatæ, vt in nostris Casibus reseruatis habetur; sed etiam sub pęnis contentis in Bulla Gregor. XV. (b) Insuper scientes, vel audientes Personas talia exercentes, teneantur Nobis denunciare sub pęnis in dicta Constitutione contentis.

(b) Bul. Gregor. XV. incip. Omnipotent. Dei

Exercentes Astrologiam Iudiciariã, affirmando aliqua tanquam definita, & indubia

de

de futuris contingentibus, & ab humanis actionibus dependentibus, vel de hominum Natiuitate, pęnam Excomunicationis latæ sententiæ incurrant iuxta Constitutiones Xixti V. & Vrbani VIII. (c) Monemus deniq; Omnes Confessarios tam Seculares, quàm Regulares, vt Sedulo inuigilent ad extirpandas alias superstitiones inter Ignaram Plebem irreptas, quibus vtitur Ad Ictericitiam, vel aliud Morbosum genus curandū cum Signis, Caracteribus, & Verbis etiam Sacris, nec absoluant talia perpetrantes sine Nostra, vel Nostri Vicarij Generalis licentia seruatis de Iure seruandis. Prohibemus quoque omnia alia, & similia, in quibus tacitè Dęmonis auxilium inuocatur ex antiqua pactione, etiam si falsa specie pietatis efficere se præseferant.

(c) Bull. Sixti V. incip. Cęli, & Terræ, & Bull. Vrb. VIII. incip. Inscrutabilis.

DE EXAMINATORIBVS SYNODALIBVS

Caput XXXXIII.

PRæcipit Sacrum Concilium Tridentinū (a) Vt Episcopi in Synodo Diocęsana deputent Examinatores, qui diligenter examinent promouendos ad audiendas Confessiones, vel ad Ordines, aut Beneficia Curata. Nos igitur mandatis dicti Sac. Conc. Trid. & Decretis inhęrere cupientes, Infrascriptos, quorum Vita, Mores, & Doctrina Nobis innotescunt, & Commendabiles reddunt, eligimus, & deputamus.

(a) Trid. sess. 24. de refor. cap. 18.

EX CAPITVLO NOSTRÆ CATHEDRALIS.

ADmodum Reu. V.I.D. D. Hieronymus Rocca Prothonot. Apoſtolicus Archidiaconus, & noſter Vicarius Generalis.

Reu. V.I.D. D. Laurentius Grillo Cantor

Reu.V.I.D. D. Franciſcus Recanati Theſaurarius.

Reu.D.Thomas de Aquino Archipresbyter.

Reu. V.I.D. D. Vincentius Malarbi Pœnitentiarius.

EX CLERO DICTÆ NOSTRÆ CATHEDRAdalis, & Diœceſis.

SAcerdos D. Laurentius Amodeo.

Reu. V.I.D. D. Marcellus Zerbi Rector Sanctæ Chriſtinæ.

Reu. D. Ioannes Carbone Rector Ruris Pedauoli.

Sacerdos D. Ioſeph Changemi eiusdem Ruris.

Reu. D. Antonius Capuano Rector Meſſignadi Sac. Theol. Profeſſor.

Reu. D. Ioannes Andreas Potitò Rector Ruris Sanctæ Georgiæ.

Reu. D. Elias Monaco Rector Ruris Parachorij.

Qui Examinatores genuflexi ante Reliquias Diui Philippi Neri Iuramentum præſtiterunt quod in quadam Schedula ſcriptum erat tenoris ſequentis v.g. Ego

Ego N.N. Examinatoris Officium, quod suscepi, promitto, Spondeo, & Iuro me fideliter, & sincerè quantum in me est, exequuturum, sic Deus me adiuuet, & hę Sanctæ Reliquiæ.

Caueant Examinatores ne Examinãdos doceant Ea, de quibus sciunt, vel credunt interrogandos fore, nec Eos cęteris Examinatoribus aliquis ex Ipsis commendet, si hoc egerint, sciant se Deo rationem reddituros.

DE IVDICIBVS SYNODALIBVS.

Caput XXXXIV.

AD præscriptum Sac. Conc. Trid. (a) nominamus, eligimus, & deputamus infrascriptos Iudices Synodales, qui à Regularibus in Conseruatores eligi possunt, & quibus Causæ Apostolicæ sunt delegandæ.

(a) Trid. sess. 25. cap. 10.

Admod. Reu. V. *I.* D. *D.* Hieronymus Rocca Prothonot. Apostol. Archidiaconus Nostræ Cathedralis, & Vicarius Generalis.

Reu. V. *I.* D. D. Laurentius Grillo Cantor.

Reu. V. I. D. D. Vincentius Malarbi Canonicus Pęnitentiarius.

Qui genuflexi ante Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum iurauerunt de fideliter exercendo.

DE TESTIBVS SYNODALIBVS

Caput XXXXV.

SAcrorum Canonum diſpoſitioni inhęrẽtes, volumus in hac noſtra Diœceſana Synodo eligantur aliqui Viri ſpectatæ, & probatæ Vitæ, qui Teſtes Synodales appellantur, & hi diligenter inquirant, an in Ciuitate, & Diœceſi aliquid emendandũ, vel Corrigendum ſit, & Nobis vel Noſtro Generali Vicario quoties opus fuerit, referant, vt cognito Morbo facilius opportuna remedia adhibere poſſimus, Nomina igitur dictorum Teſtium ſunt infraſcripta. i:

Pro Ciuitate Oppidi, eiuſq; Rurib. pertinentib.

REu. Sacerdos D. Ioſeph Paonni

Reu. Sacerdos D. Petrus Antonius Mõtalto.

Reu. Sacerdos D. Octauius Potitò.

Reu. Sacerdos D. Franciſcus Germano ab Oppido.

Reu. Sacerdos D. Ioannes Baptiſta Muſitano.

Reu. Sacerdos D. Antonius Carbone.

Reu. Sacerdos D. Antonius de Luna, à Treſilico.

Reu. Sacerdos D. Ioſeph dell'Oglio.

Reu.

Reu. Sacerdos D. Antonius Facciolo à Varapodio.
Reu. Sacerdos D. Paulinus Laghanà.
Reu. Sacerdos D. Franciſcus Romeo à Meſſignadi.

Pro Ciuitate Terrenoua eiuſq; Ruribus Galatoni, & Sacroforio Nostræ Diæceſis.

REu. Sacerdos D. Michael Licari
Reu. Saeerdos D. Nicolaus Siciliano.
Reu. Sacerdos D. Sebaſtianus Scacciori à Terranoua.

Pro Oppido Sanctæ Chriſtinæ, eiuſq; Ruribus.

REu. Sacerdos D. Antoninus Zinnemuſca.
Reu. Sacerdos D. Antonius Coruino.
Reu. Sacerdos D. Saluator la Scala è Sancta Chriſtina.
Reu. Sacerdos D. Laurentius Changemi.
Reu. Sacerdos D. Michael Barbaro à Parachorio.
Reu. Sacerdos D. Dominicus Germano.
Reu. Sacerdos D. Petrus Paulus Pharaone à Pedauoli.
Reu. Sacerdos D. Antoninus Penna à Scido.
Reu. Sacerdos D. Vincentius Rytano Can. Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Georgiæ.

Pro Motta Settizani.

R Eu. D. Vincentius Potitò.
Reu. D. Franciſcus Licupullo Mottæ. Settizani.

Pro Terra Coſoleti.

R Eu. Sacerdos D. Petrus Donato.
Reu. Sacerdos *D.* Antoninus Caluo eiuſdem Terræ,

Pro Terra Caſtellacis.

R Eu. Sacerdos D.Petrus Rytano.
Reu. Sacerdos D. Ioſeph Politi eiuſd. Terræ.

Horum Officium erit diligenter inquirere, & ſollicitè inueſtigare ſine tamen Iuriſdictione, hæc, quæ ſequuntur.

AN quæ in Generali Viſitatione, & hac Synodo Diæceſana ſtatuta fuere diligenter ſeruentur; an Parochi reſideant in proprijs Eccleſijs, vel infrà earum limites, & an ſaluti Animarum inuigilent, an Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica aliquod detrimentum patiantur, & denique an aliquid corrigendum, vel reformandum reperiatur. Quæ omnia in ſequen-

quenti Diæcesana Synodo, & quandocumq; fuerint requisiti, Nobis fideliter referant, vt Spiritualibus necessitatibus prõpto Animo occurrere valeamus.

QVI IN SYNODO INTERVENIRE *Teneantur.*

Caput XXXXVI.

EPiscopo Sacram Synodum celebrante, interesse tenentur Omnes Dignitates, & Canonici tam Nostræ Cathedralis, quam Collegiatarum Ecclesiarum Nostræ Diœcesis Beneficiati, Cæteriq; de Clero, si defecerint pęnis Nobis benè visis punientur.

Non ly Sacram pag: 8 Labor Nulla Synodus

DE CONSTITVTIONIBVS SINODALIBVS *Obseruandis.*

Caput XXXXVII.

COnstitutiones Omnes, & singulas à Prędecessoribus nostris emanatas in præsenti Nostra Synodo non expressas, limitatas vel secundum facti, aut temporis Contingentiam ampliatas confirmamus, reseruamus tamen Nobis facultatem cõmutandi, moderandi, & relaxandi in totum, vel in partem pęnas, & censuras in pręsentibus, & pręcitatis constitutionibus appositas.

Quæcumque in pręsenti Synodo ſtatuta sũt, Iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deuotè & humiliter ſubmittimus, eiuſq; authoritati corrigenda, & emendāda ſubijcimus.

Pręſentes Conſtitutiones Synodales, & Omnia in eis contenta fuerunt lecta, & publicata per me Abbatem Thomam de Aquino Archipresbyterum huius Cathedralis Eccleſiæ Oppidenſis, ſub die vigeſima menſis Aprilis Anni Milleſimi Sexcenteſimi Nonageſimi Noni, Indictione Septima ſub Pontificatu SS. Domini Noſtri Domini Innocentij Diuina Prouidentia Papæ XII. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino D. Biſantio Fili Patritio Altamurano Epiſcopo Oppidenſi, Præſentibus Admodum RR. Dignitatibus, & Canonicis eiuſdem Cathedralis, Parochis, Archipresbyteris, Beneficiatis, & non Beneficiatis Presbyteris, qui dictas Conſtitutiones auditas, & bene intellectas abſq; Contradictione receperunt. In quorum fidem Inſtante Reuer. Canonico D. Franciſco de Grana pręſentis Synodi Promotore Fiſcali, pręſens publicum Inſtrumentũ ſcripſi, & ſubſcripſi, meoq; ſolito ſigno ſignaui. Datum Oppidi die vigeſima prima menſis Aprilis 1699.

Ita eſt Ego Abbas Thomas de Aquino Ap:ſt. authoritate Not. ac preſentis Synodi Not. ad fidẽ &c.

Ego Abbas Thomas de Aquino Apoſtol. Not. manu, ſignoq; Prop. A. ad fidem &c.

IN

INDEX

TITVLORVM

in hac Sacra Synodo Contentorum.

De

De

F I N I S.





